ſi fuiſſet alias facturus ideſt fuiſſet in firmo propoſito furandi illud nec plus nec minus facit propter conſilium ſibi datum. ūde Iob.xii ¶ Adducet conſiliarios in ſtultum finem hec Alexander. Et hoc habet locum tam in contractibus q̄ in delictis quando conſilium eſt fraudulenter datum alias non tenetur vt in c. nullus de regulis iuris libro.vi. vbi dicit regula nullus ex conſilio dum fraudulentum non fuerit obli. & .l. conſilii. ff. de regulis iuris & ratio huius regule colligitur ex canone.xiiii.q.prima ꝙ precipitur & in c. olim cum arbi. & .l.ii. in fine. ff. mandati inſti. mandati § tua gratia ¶ Vnde poſſunt poni multa exempla tam in contractibus q̄ in delictis ſm gloſam in dicto c. nullus ¶ In contractibus ponit dominus Iohannes exemplum in dicto § tua gratia dicens puta cum ſcires eum cui mutuabam facultatibus labitu cantui ſuc ri ydoneum fore affirmaſti conſulendo vt mutuarem quod dicit ¶ Notandum contra perſonas qui ſepe fraudulēter idu cunt ad emendum & vendendum ſui lucri cauſa nam tenetur de ſuo cōſilio fraudulento .l. finali. ff. de proſoneti ¶ Item in eo qui comodauit vaſa vitioſa & fraudulenter conſuluit vt poneret uinum in eis & hoc fecit animo ut deſtrueret vel effunderetur ut. ff. cōmodati .l. in cōmodato ¶ Si autem n̄ ſit fraudulentum conſilium datum in contractibus non tenetur conſulens ſi bona fide conſuluit. Item ſi aliquis uolebat alicui legare uel donare in teſtamento uel aliud beneſitium facere & ego odio uel inuidia motus conſului & perſuaſi ne legaret uel faceret tale beneſitiū & ex verbis meis motus eſt non facere ꝙ ſine verbis meis feciſſet teneor ad reſtitutionem ſm fratrem aluarum per textum in clemen. Religioſi de priuilegiis ¶ In maleficiis autem ſemper eſt fraudulentum & ideo tenetur conſulens non tantū illi cui ſed contra quem conſilium dedit ¶ Nam ſi conſuluit occidi hōicida eſt quiquaſima di. ſi quis viduam & de homicidio .c. ſicut dignum & ibi vide plura per Innocentiū ¶ Item ſi conſuluit ſeruo ut fugeret vel furtū faceret tenetur furti vel ſerui corrupti. ff. de ſeruo corrup. l. i § perſuadere Item ſi conſuluit vt mihi fieret iniuria tenetur mihi actione iniuriarū de pe. dilli. non ſolum idem vbicunq; cadat nomen maleficii hec gloſa in dicto .c. nullus ¶ Item conſiliarii ciuitatum quorum conſilio epiſcopus bannitur vel percutitur uel perſecutionem patitur in clemen. ſi quis ſuadente de penis ¶ Item conſiliarii ciuitatum in quibus fiunt ſtatuta ꝙ vſure ſoluantur uel ſolute non repetant vt in cle. ex graui de vſuris & ideo beati ſunt illi conſiliarii hodiernis temporibus de quibus dici poteſt Beatus q nō abiit in conſilio impiorum vel ſi vadit non conſentit more illius Ioſeph iuſti de quo dicitur hic non conſenſerat conſilio & actibus eorū ſed heu & pauci ſunt ¶ Puniunt etiam quandoq; conſiliarii in plus q̄ delinquēs .lxxxvi. di. tanta vbi redarguitur preſbiter qui die dominico ante celebrationem exarabat meſſem & parcitur ei ratione ſenectutis & conſiliarii excommunicantur ¶ Item conſiliarii ciuitatum in quibus fiunt ſtatuta contra libertatem eccleſie ultra excommunicationem tenentur ad dampnū quod tamen

incurritur ſi volunt abſolui vt in.c.nouit &.c.grauem de ſentētiis excom-
municatis ¶ Conſenſus ideſt quando quis conſentit furi in furto alias nō
furaturo expreſſo conſenſu ſine quo dampnificatio non fuiſſet ſequta ſa
.q.prima uotum ſic ¶ Vbi videtur ꝙ facientem & conſentientem par pena
conſtringit puta cum a preſide peteretur conſenſit vnde primo ad Roma.
¶ Qui talia agunt digni ſunt morte non ſolum qui faciunt ſed qui conſen-
tiunt facientibus ideſt quorum auctoritate delinquitur vt notat gloſa in
dicto.c.votum &.lxxxiii.di ¶ Si quis epiſcopus fornicationem preſbitero
rum dyaconorum precio vel precibus interueniente conſenſerit ab offitio
ſuſpendatur ¶ Et ideo qui conſentit aliquem ſpoliari iniuſte & eici ab ec-
cleſia ſua tenetur ad procurationem vt reſtituat vt in dicto c votum ¶ Itē
conſecrans & conſentiens conſecrari a ſyndico eſt ſuſpenſus prima.q.i.de
cetero ¶ Item inceſtuoſi & eis conſentientes ſunt infames.iii.q.quarta
¶ Conſanguineoꝝ ¶ Item raptor facultatum eccleſie & conſentientes tenere
.xvii.q.quarta omnes ¶ Palpo ideſt adulator quando in tantum laudat
& ſtrenuū reputat rapientem vel iniuſte dampnificantem & ſibi ſe fami-
liarem exhibet ꝙ multum probabiliter preſumitur ꝙ ex hoc motus fuerit
dampnificans vel ad non reſiſtendum dampnificatum ꝙ intendebat reſti-
tuere quia talis adulatio eſt quidam conſenſus nonageſimatertia di.ſi ini-
micus nam vt dicitur in.l.i.§ perſuadere.ff.de ſeruo corrupto non oportet
laudando augeri maliciam Et yſaye.ix ¶ Et erunt qui beatificant populum
iſtum ſeducentes & qui beatificantur precipitati ¶ Recurſus ideſt ille a-
put quem latet latro cum ſpoliis & dūmodo habeat ſpolia ī poteſtate ſua
tenetur illa reſtituere vero domino nec eſt crimine ꝓditionis redarguēdus
ſi ſpolia furto habita reſtituat imo potius exequit̄ ꝙ iuſtitia requirit nec
ex hoc fidem violat quia in turpi voto debet reſcindi fides vt dicit yſai.
imo ſi illa reciperet cum animo conſeruandi furi vel ſibi ipſe eſſet furti par
ticeps & reus mortis ſecundū legē humanā propter ꝙ neceſſe habet illa re
ſtituere ꝙ intelligimus eſſe ſine proditiōe perſone & ſi imineret aliquod
periculum ſibi vt ſi timeret ne crimen furti ſibi īponeretur poſſet illa cō-
mittere perſone eccleſie ſcilicet ſacerdoti ſub ſigillo confeſſionis ad reſti-
tuendum pro hoc yſa.tertio Rapina pauperis in domo noſtra hec Alexā.
de ales cōcordat Ricardus vbi ſupra dicens ꝙ ille ad quem eſt dānifican-
tium recurſus ſicut ad patrociniū preſtantē ſa.q.tertia qui conſentit vbi
dicitur qui conſentit peccatibus & defendit aliū delinquentē maledictus
erit aput deū et homines et corripietur icrepatione ſeueriſſima ¶ Hinc etiā
quidam ſanctiſſimus pater ait Si quis peccantē defendit acrius q̄ ille qui
peccauit cōherceatur et.xxiiii.q.tertia.c.qui aliorū dicitur ¶ Qui alioꝝ de-
fendit errorē multo eſt dāpnificabilior illis qui errant quia nō ſolum ille
errat ſed etiam erroris aliis offendicula preparat ¶ Vnde notatur ſecundū
gloſam ī cle.i.de penis ꝙ eſt quidam defenſor ideſt auctorizator delicti
et talis grauius punitur q̄ agēs de offi.dele.c.i ¶ Eſt alius defenſor q etiā

poſt delictum defendit puta impediendo ne deliquens ad iudicem ueniat examinandus vel puniendus.xxvii.q.prima ſi cuſtos facit viceſima prima .q.v.per totum vel ne fiat executio de offi.dele.ex litteris & in .c. felicis poſt pricipium ibi poſtea receptauerit uel defenſauerit libro ſexto dicit tamen ibi gloſa quod non intelligitur ſi defendit ne ledatur a priuato ſe uindicare uolenti vel conſanguineis eius ¶ Participans ideſt qui inferendo dampnum aſſiſtit coadiuuans dampnificantem participat in preda qa talis maximum preſtat fauorem.xxiii.q.ultima ſi quatuor extra de homicidio.c.ſicut dignum § illi autem hec Ricardus vnde yſaye primo pricipes tui infideles & ſocii furum & pſalmus Si videbas furem currebas cum eo preſtans ergo opem & auxilium furto tenetur furti ut iſti.de obli. que ex delicto naſcuntur § interdum.l.xv.ff.de furtis.&.l.nihil intereſt deſicca. puta ſecundum dominum Io.dicto § interdum cōmodat ſcalas uel ferameta ad furtum faciendum ſine quibus factum non fuiſſet ¶ Nota tamē ꝙ ſocius delicti dicitur duobus modis ſecundum gloſam in cle.i.de penis nam quādoqꝫ plures ſunt ſocii quorum nullus eſt principalior quandoqꝫ vnus eſt principalis alter coopeñans ¶ Quid ergo ſi plures raptores quaſi pares quia nullus inducit alium ad eundum nec eſt dominus aliquis alterius ſed quilibet per ſe vadit Rn̄dit Monaldus in ſumma i tractatu reſtitutionū ꝙ ſi vadunt inſimul quaſi unus exercitus quilibet tenetur in ſolidū quādo vnus ſine aliis non auderet ire vel non poſſet damnum inferre quia in tali caſu quilibet iuuat alios & facit eos fortiores & ſunt quaſi ſquame ſe ſe prementes & omnes ſunt cohoperatores ar.extra de homicidio .c. ſicut dignum Si uero non iuerunt ſimul ſed quilibet per ſe faciebat damnum non ꝓuocans alios ad damnum dandum tūc tenetur quilibet ꝓ eo ꝙ facit uel forte in vtroqꝫ caſu poſſet tollerari ꝙ quilibet ſatiſfaciat de his que habuit & inducat alios pro poſſe ad ſatiſfaciendum Huius opinionis fuit Innocentius in.c.ſicut dignum de homicidio Sed ꝙ primo dictum eſt tutius uidetur & hoc intelligitur quando vnus ſine alterius adiutorio uel ſocietate dediſſet damnum alioquin ex eadem equitate ¶ Idem eſſet dicendū in eodum caſu cum exercitus aliquis qui ſubeſt vni domino facit rapinam ſcilicet ꝙ quilibet de illo exercitu excepto principali domino tenetur pro illa parte damni q̄ intuliſſet ¶ Certum eſt enim ꝙ dominus qui actor eſt principalis in ſolidum tenetur ¶ Mutus ideſt ille qui videns alium damnificari iniuſte & ſcit ꝙ uerbo ſuo ſine periculo ſuo facere poſſit ut ſubueniatur iniuriam pacienti & tacet vnde ꝓuerbioꝝ.xxiiii ¶ Erue eos qui ducuntur ad mortem & qui trahūtur ad interitum liberare ne ceſſes hec Ri. & Alexander de ales vnde.xxvi.q.ſa de puellis dicitur eos qui rapiunt puellas cohoperantes & conniuentes raptoribus decreuit ſancta ſynodus ut ſi quidem clerici ſunt decidant a ꝓprio gradu ſi uero laici excommunicentur Conniuere enim eſt ſcire reatum cui poteſt ꝓuideri & claudere oculos fingendo non uidere ſicut faciunt officiales ¶ Quero utrū teneat

quis defendere proximum tex.Ambro.in libro primo de offitiis & tran/
ſumptiue.xxiii.q.tertia non inſerenda dicitur qui enim non repellit a ſo/
cio ſuo iniuriam ſi poteſt tam eſt in vitio q̃ ille qui fecit Vnde ſanctus
Moyſes cum vidiſſet ebreum ab egiptio pacientem iiurias ſe defendit ita
ut egyptium proſterneret atq; in arena abſconderet Item Anaſtaſius ad
Damaſum & ea.di.c.qui poteſt dicitur qui potuit obuiare & perturbare
peruerſos & non facit nihil aliud eſt q̃ fauere nec caret ſcrupulo ſocietatiſ
occulte qui manifeſto facinori deſinit obuiare ¶ Item Auguſtinus § lxxxi.
& ea.di.c.oſtendit dicitur oſtendit propheta in pſalmo vbi dicit Eripite
pauperem & egenum de manu peccatoris nec illos imunes eſſe a ſcelere q
permiſerunt principibus xpriſtum interficere cum pro multitudine time
rent & poſſent illos a facto & ſe a conſenſu liberare Qui deſinit obuiare
cum poſſit & qui iurat non nocere intelligitur iurare ꝙ prohibebit ne ali/
us noceat ut.ff.locati.l.in lege &.ff. de verboꝝ obli.l.in illa ſtipulatione
& notat gloſa.xxii.q.quita.c.de forma de hoc tamen vide qualiter intelli
gatur in § proximo ¶ Non obſtans ideſt ille qui non obſtat damnifican/
tibus iniuſte cum poſſit & ſibi ex offitio icunbat & manifeſta ſit ſibi iniu
ria.lxxxiii.di.error ꝙ negligere cũ poſſis pturbare peruerſos nihil aliud
eſt q̃ fauere nec caret ſcrupulo ſocietatis occulte qui manifeſto facinori de
ſinit obuiare extra de homicidio.c.ſicut dignum § illi autem uel ſecundũ
Scotum non obſtans faciendo reſtitui ablatum cum ſibi ex offitio cõpete/
ret unde.lxxxiii.di.c.i.dicitur Si quis epiſcopus fornicationem preſbite/
rorum dyaconorum vel crimen inceſtus in ſua parochia prece vel precio
interueniente conſenſerit vel commiſſum auctoritate offitii ſui non ipug/
nauerit ab offitio ſuſpendatur & in.c conſentire ea.di.dicitur Conſentire
videtur erranti qui ad reſcanda que corrigi debet non occurrerit ¶ Et ideo
non defendens clericum cum ad eius offitium pertinet ne percuciatur inci
dit in canonem quia fauere videtur qui cum poſſit deſinit manifeſto faci/
nori obuiare de ſen. ex q̃ti.viceſimatertia.q.quinta adminiſtratores ¶ Sed
vtrum quis teneatur defendere proximum ſi non ſit in poteſtate conſtitu
tus gloſa in.c.non inferenda viceſimatertia.q. tertia vbi dicitur qui non
repellit iniuriam a proximo ſi poteſt tam in uitio eſt q̃ ille qui facit ¶ Ex/
ponit ſi poteſt ideſt ſi eſt in poteſtate poſitus alias nõ tenetur uiceſima/
tertia.q.quarta forte in fine ¶ Si enim quilibet teneretur aliũ defendere
ergo ſi aliquis reciperet pecuniam pro defenſione alicuius teneretur eam
reſtituere ꝙ non eſt uerum ut.ff.ꝙ metus cauſa.l.metum § ſed licet &.ff.
de dona.l.ſi pater § primo ¶ Cuilibet tamen licitum eſt defendere alium ſi
vult ut.ff.ꝙ metus cauſa.l.ſed et partus Archi.in dicto.c. non inferenda
dicit ꝙ poteſt defendere ſi vult ideſt ſine peccato ſed non tenetur ſi non
eſt in poteſtate poſitus nec obſtat ꝙ hic dicitur de moyſe qui defendit e
breum ab egyptio oppreſſum non eſt tamen argumentum a minori quaſi
dicat ſi moyſes hoc faciendo non peccauit qui ad hoc non tenebat̃ multo

plus qui poteſtatem habet uide ꝙ notat Innocentius de ſententiis excõmunicatis ſi vero ſed uidetur ꝙ quilibet teneatur alias crudelis eſt.xxiii. .q.quarta ipſa pietas vbi dicitur ¶Item ſi duo aliqui in vna domo ſimul habitarent ꝗ certiſſime ſciremus ruituram nobis que prenunciantibus illud nolent credere atqꝫ in ea manere perſiſterent ¶Si eos inde poſſemus eruere vel inuitos quibus illam ruinam predemonſtrauimus ut ulterius redire ſub eius periculum non auderent niſi faceremus puto non imerito crudeles iudicaremur hec ſunt uerba Auguſtini ad Bonifacium Alexãder de ales in tertio in tractatu iudicialium preceptorum dicit ꝙ licet Moyſes hoc fecerit ad defenſionem ipſius iſraylite non tamen excedere debebat modum Exceſſus autem fuit in occidendo ꝙ patet per Auguſtinum loquentem de Moyſe & Petro qui dicit vterqꝫ nõ deteſtabili imanifeſtate ſed emendabili animoſitate iuſtitie regulas exceſſit Si ergo peccauit moyſes cum adhuc nullam legittimam poteſtatẽ gereret nec diuinitus acceptã nec humana ſocietate ordinatam vnde Math.xxvi. Omnis qui acceperit gladium gladio peribit Accipere enim gladium videtur cum nulla eſt con ſtituta iudiciaria poteſtate Vnde Auguſtinus contra Fauſtum Ille vtitur gladio qui nulla ſuperiore ac legittima poteſtate vel iubente uel concedẽte in ſanguine alicuius animatur ¶Non obſtat dictum Ambroſii in dicto .c.non inferenda quia rñdit Alexander ꝙ licet non peccaret defendendo hebreum peccauit tamen modum excedendo ¶Nõ manifeſtans ideſt ille qui interrogatus a iudice uel ab alio ad quem pertinet ſi ſciat illum qui res acceptas iniuſte detinet & celat ſcienter cum tamen ſciat ſe poſſe ſine ullo periculo ſuo reſpondere ueritatem extra de furtis .c.qui cum fure.ix. .q.tertia Quiſquis vbi dicitur vterqꝫ reus eſt & qui ueritatem occultat & qui mendacium profert quia ille prodeſſe non vult & iſte nocere deſiderat hec Ricardus Idem Scotus Non manifeſtans ideſt requiſitus in iudicio ubi poſſet ſententialiter reſtitui res domino ſuo & tamẽ dicendo veritatẽ non imminet ſibi periculum ſui ſtatus uel perſone & quilibet predictorũ tenetur in ſolidum vno tamen reſtituẽte alii non tenentur reſtituere dãnificato Sed ſi partem aliquam habuerunt reſtituere tenentur illi qui totum reſtituit ſecundum Ricardum in quarto di.xv.& Scotum ibidẽ Non ergo quis tenetur indicare furem ut dicto.c.qui cum fure vbi dicitur non ſolum fur ſed ille reus tenetur qui furti conſcius eſt querente poſſeſſore nõ indicat Gloſa & Innocẽtius adducunt multas concordãtias Sed an peccet quis accipiẽdo pecuniam ut indicet cum ad hoc teneatur ¶Reſpondit An. de bu.ꝙ iure ciuili poteſt recipere ſecus de iure canonico ſecundũ Hoſti. qui dicit ꝙ licet ſecundum leges nõ compellat indicare furem iudex poteſt tamen ex offitio ipſum compellere.ff.de offi.preſi.l.tertia in fine Itẽ ſecundum canones non debet indicare ubi adeſt periculum mortis.xii.q. ſa ns quis poteſt tamẽ ſecundum vtrunqꝫ ius facta indicatione recipere ꝑcium gratis oblatum ut in.c dilectus & de ſymonia Iedm dicit Antonius

de butrio ꝙ non tenetur indicare furem ſi eſt in periculo mortis aut de-truncationis menbri ſi indicetur & hoc maxime in clerico quia hoc patet ad ſenſum Ad hoc faciunt notata in.c.dilectus de teſtibus cogendis

¶De reſtitutione emētium & de preda furto uel rapina & cetera

RЕſtituere tenentur ementes de rapina in quibus ſic procedendū eſt ſecundum Monaldum in ſumma in tractatu reſtitutionum quia ſi ſcit venditorem iuſte & ex iuſto bello habuiſſe licite po-teſt emere nec tenetur reſtituere durante bona fide ¶Qui uero neſciebat de iuſto bello ſed credebat probabiliter nam omnes uicini ſui vel maior pars ad minus ſapientes credebant ita pro ut ſibi emptori uidebatur iſte ſibi non tenetur durāte hac bona fide ſed ſi poſtea ſciat reſtituere debet & rem & fructus extantes de conſumpti.enim non tenetur bona fide du-rante Similiter ſi iudicialiter ideſt auctoritate & per ſententiam iudicis reſtituerit poterit auctoritate uel a uenditore etiam inuito preciū petere .xxii.q.ſ̄a ulterane Si uero ſimpliciter ſine auctoritate iudiciaria in peni tentia reſtituerit tenetur uenditor in penitentiali iudicio ad intereſſe ſ & iudicio cauſarum non poterit ad hoc cogi.ff.de euicto.l.ſi rem & extra de emptione & uenditione.l.ſi uenditor ¶Item qui emerunt de rapina ¶Et in iudicio anime dicunt illud feciſſe ignoranter ſi fuit ignorantia iuris nō excuſat in hoc caſu Si ignorantia craſſa & ſupina ſcilicet quia omnes vici-ni uel pro maiori parte uel etiam pauciores ſed ſapientes dicebant illud bellum eſſe iniuſtum & contra deum uel forte ꝙ eccleſia prohibebat uel excommunicabat publice auctores & participes belli tenetur ad reſtituti-onem.xiii.q.ſ̄a qui in humanis & ce. ¶Quid de predam ementibus Re-ſpondit Hoſtienſis in titulo de peni § quibus ver.quid de predā.ꝙ ſi qs emat ſcienter uel credens probabiliter ꝙ preda ſit tenetur indiſtincte nec liberatur uendendo nec qualitercunq; alienādo nec amiſſiōe uel morte rei uel aliquo alio caſu interueniente quo minus teneatur reſtituere precium ſecundum ꝙ plus ualuit ex quo emit uel plus uēdidit q̄ emerit uel tempo-re contractus ualuit & quicquid ex re habuit uel habere potuerit nullas expenſas deducendo quia talis contractando rem alienam furtum commit tit & fur ſemper in mora eſt ad hec.C.de furtis.l.ſ̄a &.ff. de furtis.l. qui iumenta.ff.de condictione.furti.l.in re furtiua.ff.de como.l.ſi ut certo § interdum.C.de rei uendicatione.l.certum & ꝙ dictum ē de primo de em-ptore Idem intelligas de ſ̄o tertio & milleſimo quia ſi per plures manus ambulauerit idem iuris erit.ff.de mino.l.ſed uer.ff.de peti.here.l.ſed ſi le-ge § ſiue autem Si autem ſcit ꝙ de iuſto bello eſt omnino excuſatur cum a uero domino erat idem dicit Monaldus in ſumma in tractatu reſtitutio num addens ꝙ precium ꝙ dedit non poteſt repetere ab eo cuius ē res nec expenſas quas ibi fecit & omnem utilitatem quam ex illa re habuit tenet̄ reſtituere & ſi reſtituat rem deteriorem quā ad ipſum ꝑuenit nō liberat̄

Similiter ſi in aliquo medio tempore res fuit melior q̄ fuerit tempore em
ptionis ſiue cum poſtea vendidit alteri eius ꝙ pluris fuit extimatio erit
facienda ad maiorem extimationem totius temporis medii ut dicta.l. qui
iumenta & ce. ¶ Quero quid ſi emptor hoc neſciat probabiliter tamē hoc
credebat puta ꝙ omnes uicini ſui vel maior pars & maxime ſapientes &
honeſti homines ita credebant durante hac bona fide non tenetur Si po'
ſtea audierit ueritatem & curet alias cautius negotiari.C.de furtis.l.fa &
ſi iudice ſententiante reſtitutionem fecerit poteſt agere contra uēditorē
ut ipſum ſeruet indempnem.vii.q.fa ulterane ſi autem hoc faciat ad pre'
ceptum ſacerdotis in foro penitentionali in eodem foro inducēdus eſt uē'
ditor ut ipſum ſeruum indempnem ſi in foro contemptioſo ipſum non po
terit emptor conuenire.ff.de euic.l.ſi rem ,c.finali de contrahenda empti.
& ce. ¶ Quid ſi ſciebat factum emptor ſed ignorabat ius uel ignorantia
facti ductus craſſa & ſupina non probabili rem raptam emerit Reſpōdit
Hoſtienſis ubi ſupra ꝙ tenetur in iudicio anime ad reſtitutionem de cle.
ex.mis.c.apoſtolice dicitur autem craſſa & ſupina ignorantia quando cō
muniter alii uicini dicebant & credebant ꝙ res eſſet de preda & de bello
iniuſto.ff.de uerboꝝ ſignificationibus.l.late culpe uel quādo eccleſia hoc
probibebat & tales publice excommunicabat unde non excuſatur emptor
tali ignorantia.xii.q.fa Et ſi de hoc nihil cogitabat quando emit nec iq̄
ſiuit quantum potuit in culpa eſt idem Monaldus ¶ Quid ſi raptor idē
ꝙ donator uel uenditor ſatiſfecit plenarie de preda data uel uendita ¶ Re
ſpondit Hoſtienſis ubi ſupra Donatarium vel donatorem uel emptorem
liberatum uerum quicquid habet de lucro et percipit ante reſtitutionem
factam debet in uſus pauperum erogare ubi fuit malefidei ar.xiiii.q.qui
ta qui habetis et § ſequēti Et ſecundum Ray.hoc ītelligi poteſt de cōſilio
Nam purgatum eſt vitium ex quo dicit plenarie ſatiſfactū quo ad reſti
tutionem faciendam uel ſi aliquid deeſt quo de reſtitutione reſtituēdum
eſt dampnum paſſo vel dic ꝙ etiam ubi plenarie ſatiſfactum eſt ſibi talis
penitentia iniungēda ut puniatur in eo in quo deliquit de temp.ordi.
litteras Et ut penitentia ſibi in contrarium īiungatur Idem Monaldus in
ſumma in tractatu reſtitutionum et ce. ¶ Quid ſi quis emat rem de p̄da
ſcienter tamen hoc facit bona fide non ut lucretur ſed ut ipſam reſtituat
domino recepto precio et intereſſe ſuo cum alias dominus rem ſuam recupe
rare poſſet nullo modo uel non de facili Reſpondit Hoſtien.ubi ſupra ꝙ
talis nō committit furtum.ff.de furtis.l.falſus § primo īmo utiliter gererit
negotium eius Et ideo totum poterit recuperare precium et intereſſe ſuū
etiam ſi res ſine culpa ſua perimatur vel āmittatur ut tamen quicquid per
cepit ex tali re uel occaſione ipſius totum compenſet uſq; ad q̄titatem con
currentem ſecundum Ray.ar.ff.de negotiis geſ.l.ſed ā ultro § fo de actio
nibus cum delicti § finali Idem monaldus qui addit breuiter dicendo ꝙ
quicquid ſibi adeſt ex illa re ut penſio merces fructus et ſimilia et eſt rō

quia geſſit negotium illius cuius eſt ¶Quid ſi non poteſt reperiri domi nus uel neſcitur ubi ſit Reſpondit Hoſtienſis ubi ſupra ꝙ debet paupe ribus erogari & hoc etiam publice fiat premiſſo banno in eccleſia & dili genti inquiſitione facta ut omnis ſuſpitio euitetur de clan.ſpon.cum nu bicio & qui matrimonium accu.poſſunt .c.cū in tua & ſi hoc facto īueniat cuius res ſit liberaliter dando pauperibus ſcilicet pro anima illius cuius res eſt quia in hoc utiliter gerit negotium ſuum ar.xii.q.ⁱa quatuor circa finem Idem Monaldus dicens Sed quid ſi fecit diligenter inquiri poſtq̄ emit rem bona fide ¶Inquiri dico vt reſtitueret rem uero domino & non potuit inuenire cuius eſſet res conſulendum eſt ei imo de neceſſitate dicē dum ꝙ quicquid illa res ualet ultra id ꝙ ſibi debetur eroget ī pias cauſas pro anima illius cuius res fuit & hoc fiat publice ut euitetur omnis ſuſpi tio & erit liberatus

¶De reſtitutione cōmedentiū
de rapina vſura uel furto

Reſtituere tenetur ſecundum Alexandꝝ de ales ī q̄rto in tractatu reſtitutionum qui cōmedunt uel alios uſus conuertūt aliquid de uſura furto uel rapina ſcienter ſiue ſint religioſi ſiue alii Et ſimi liter ſi dubitem an ſint huiuſcemodi ne cōmittant ſe diſcrimini habet enī pro regula ꝙ quicunq̨ habet conſcientiam de re ꝙ ſit aliena tenetᷓ illam reſtituere pro hoc facit ¶Thobie ⁱo.c.videte ne furtiuus ſit quia non licet aliquid ex furto edere uel contingere Idem Hoſtienſis qui dicit ¶Quid de cōmedentibus de preda ſiue recipientibus ex dono ſiue ſcienter ſiue igno ranter ſed poſtea audiunt ueritatē ¶Reſpondit in titulo de peni.§quibus uer.quid de his ꝙ quatenus habuerunt tenentᷓ reſtituere.ff.ſi certum pe. .l.ſi me.& ticium.ff.de condictionibus inde.l.nam hec natura ¶Sed quid de his qui cōmedunt & induunt Reſpondit idem ubi ſupra uidetur ꝙ ux or & familia qui non habent unde aliunde uiuant excuſentur dum tamen peccato non conſentiant Si raptorem ad reſtituendum īducant & corrigē dum ar.xi.q.tertia quoniam multos extra de ſententia.ex.inter alia & .c. ſi uero & hoc dixit Ray.uerum eſſe ſi ſpes ſit de correctione & cum mode ramine tali ut ꝑ hoc ſubtrahatur facultas reſtituendi ſpoliatori in totum uel in magna parte ar.ⁱo.q.ſexta an terminorum§illud ¶Quid de pre dicatoribus Rn̄dit idem ubi ſupra ꝙ quia gerunt negotium expoliatoꝝ in hoc caſu propter hoc excuſantur de peni & re.cum uoluntate.i.Reſpō deo§i.& cum modicaficatione tamen que proxime dicta eſt ſupra§ ꝑxio de uxore concordat Monaldus dicens Item quicunq̨ accipit de rapina ex dono uel commedendo uel bibendo uel alios uſus neceſſarios ut uxor rap toris & ceteri de familia tenentur de omnibus que ſic accipiunt uel expen dunt niſi in caſu cum agunt ſpoliatorum negotium monendo & īducēdo ipſum raptorem pro poſſe ad reſtituendum quia tunc non tenentur quo niam qui alterius negotium gerit utiliter etiam ignorantis & abſentis

licite recipit expenſas ſiue ſecuta fuerit vtilitas ſiue non Vnde predicato res qui uadunt ad raptores ut eos inducant ad penitentiam in generali p̄dicatione aut in perſuaſione ſpeciali a reſtitutione facienda excuſantur ſi commedunt apud illos maxime ſi cōmeſtionem non poſſunt apud alios inuenire.xi.q.tertia quoniā multos &.ff.de nego.ge.l.ſa & extra de accuſa.ex parte de ſententiis excommunicatis .c.cum uoluntate .§ predicatores & hoc intelligas quando habetur ſpes probabiliter de correctione raptoris uel propter eorum expenſas ipſi raptori non ſubtrahatur i toto uel in magna parte facultas reſtituendi ar.ſo.q.ſeptima .c. anteriorum .§ illud Alexander de ales in tertio in tractatu de perplexeitate conſcientie dicit q̄tum ad vxorem ꝙ quāuis mulier ſit ſubiecta uiro ſuo i his que pertinent ad thorum ſecūdum ꝙ dicit apoſtolus.i.Co.mulier non habet poteſtatem corporis ſui ſed uir tamen non debet cōmunicare uiro in his que ſunt in contumeliam creatoris Vnde abſtinere debet a re ſenebri & lucrari opere manuum ſuarum uel querere ſibi neceſſaria a parentibus uel aliquando ab aliquibus bonis uiris mendicare Si uero cogeret eam ad utendum bonis illis illicite acquiſitis poteſt dimittere eum ad tempus quo ad thorum propter caſum fornicationis ſpiritualis ¶ Monaldus in ſumma in ver.reſtituere tenetur quilibet in ſolidum dicit idē uxor & familia quādo non habetur ſpes de correctione raptoris uel viderit eum vergere ad inopiam & fieri non ſoluendo tunc ſi ſunt ibi aliqua de iuſto de illis ſeperati poteſt expendere & comedere alioquin de rapina ideſt de ipſa re rapta in ſpecie vel de oue rapta vel capra uel de ſetu ouis etiam nato vel concepto apud raptorem nullo modo cōmedat niſi ſit caſus ultime neceſſitatis Si autem ſit res empta de re rapta poterit inde commedere etiam ſine caſu vltime neceſſitatis cum propoſito eam reſtituendi vel aliunde ſibi uictū querat ab amicis & conſanguineis ſuis vel laborando manibus ſuis uel alio quoq; modo honeſto tamen nec reputatur quantum ad hoc inhoneſtum queret in tali caſu elymoſinas hoſtiatim Similiter dicēdum eſt ſi ſunt ibi aliqua de iuſto ſed ita mixta ꝙ nō poſſunt diſcerni vel licet poſſint diſcerni maritus iniquitate plenus non permittit eam commedere niſi de rebus raptis Si tamen mixta ſunt licite poteſt cōmedere niſi de rebus raptis ſi maritus eſt ſoluendo dum tamen habeat in mente & intendat comedere de licite acquiſitis que ſunt mixta Si autem non eſt ſoluendo quia quicquid habet non ſufficeret ad ſatiſfactionem tunc idem dicendum eſt ꝙ in precedenti caſu quando nihil habet niſi de rapina Item quando nihil īuenit uxor apud virum niſi de rapina tunc ne moriatur ſame ſubeſt ei triplex auxilium Vnum eſt ſi poteſt habere de dote q̄ poteſt recuperare etiam conſtante matrimonio quando uir uergit ad inopiam ¶ Secundum remediū ut denuntiet talibus amicis ꝙ ei ſuadeant qui poſſunt prodeſſe & non obeſſe & ſi neceſſe eſt poteſt adhibere epiſcopum ut compellat eū paſcere ipſam de iuſto.ii.q.xi. ſi peccauerit.xxii.q.v.hoc uidetur de iure iurādo.c.

quemadmodum uel tradat ei ſponſalitium uel partem uel cõmittat alicui perſone honeſte que de honeſto lucro pecunie que fuerat data in dotem de qua negotiabitur illa perſona cui committetur & ꝓuideat ei ut extra de pigno.c.ex litteris & in.c.per ueſtras de dona.propter nuptias Tertiũ remediũ ē ꝙ ſi ē in arto poſito ꝙ nec inueniret qd cõmederet etiam ꝑ elymoſinam nec poſſet ulterius ſine periculo ſubſtinere neceſſitatē famis tũc ſi aliud non haberet & de rapina & de aliis vndiqꝫ uiuere poſſet quia neceſſitas non habet legem extra de regulis iuris.c.ꝙ non eſt & de conſecra.di.i.ſicut Item quicquid expendit uxor & familia de rebus raptis debeat & in animo proponat firmiter ꝙ q̄ cito poterit etiam neceſſitate coacta quicquid inde expenderit reſtituere In omni tamen caſu tenetur uxor debitum reddere uiro niſi ſubſit aliud impedimentum.xxxiii.q.v.ſi dicat ¶Dicunt tamen quidam ꝙ uxor feneratoris uel raptoris nullo modo debet cõmedere de vſura uel rapina niſi habeat unde reſtituere poſſit & tunc cõmedere poſſit cum propoſito reſtituẽdi imo plus debet dimittere cohabitationē uiri cui cohabitare non debet ſi eam compellit peccare Quod.n. dicit apoſtolus Mulier non habet poteſtatem ſui corporis ſed uir uerum eſt ꝙ licet non cohabitet tenetur tamen debitum reddere uiro pro loco & tempore Et ſi dicatur ꝙ uxor non debet dimittere uirum niſi cauſa fornicationis ¶Dicendum ꝙ hoc intelligitur ſecundum gloſam non ſolum de fornicatione corporis ſed in ſpirituali que eſt in omni peccato mortali tenetur autem mulier obedire uiro ſaluo dominio ſummi ſponſi ¶Idem dicendum de familia eorundem quia non debet commedere nec ſtipedia recipere de rapina uſura & furto & ce.

¶De reſtitutione acquiſitoꝝ per meretricium & cetera

VTrum acquirens aliquid ꝑ fornicationem puta meretrix meretricando teneatur ad reſtitutionem Rñdit Alexander de ales ĩ q̄rto in tractatu reſtitutionum ꝙ qui fornicando aliquid acquirit iure poſſidet ꝙ acquirit dicit etiam Auguſtinus ꝙ meretrix turpiter agit quia meretrix ſed non turpiter agit quia recipit ¶Vnde licet acquirit meretrix meretricando non tenetur reſtituere quia non committit fraudē acqrẽdo Recipit enim precium ſui corporis locati ad fornicationem perpetrandã non tamen licet facere publicam oblationem unde deutro no.xxiii non offeres mercedem proſtibuli nec precium carnis in domo domini dei tui qcquid illud eſt ꝙ uoueris abhominatio eſt apud dominum deum tuum nõ tamen ſecundum eundem ubi ſupra.q.ultima ¶Omnis oblatio acquiſita ꝑ meretricium eſt abhominabilis domino ¶Sed publica oblatio que fit cum ſcandalo illa enim abhominabilis eſt ſicut ſi meretrices traherent currum ad fabricam eccleſie uel darent pannum ſericum uel feneſtram uitram in eccleſia talia non debet eccleſia recipere a congregatione meretricũ ne uideãt approbare opus eaꝝ ſ priuatas elymoſinas dare pauperibus de pecuña

ſic acquiſita licitum eſt ut offerre candelas & huiuſmodi licitum ē eis uide Ricardum in quarto di.xv.ar.quinto.q.viii. Monaldus vero in ſumma ī tractatu reſtitutionum in uer.reſtituere tenetur in caſu querit de muliere que recipit pecuniam pro opere carnali & ¶ Reſpondit ſi recipit ab aliquo de rebus propriis non eccleſiaſticis non tenet̄ reſtituere ſi ſit monialis cui datum eſt ſed acquirit monaſterio ꝙ ſic accepit honeſtius tamē eſt ꝙ monaſterium non retineat ſed eroget in pios uſus Si autē a clerico ſeculari datum eſt de rebus eccleſie facienda eſt reſtitutio eccleſie ſecūdū ꝙ dicunt magiſtri niſi epiſcopus uelit diſpenſare cum illa que recipit ꝙ retineat illud ſi ſecularis eſt mulier aut cum monaſterio ſi regularis Si aūt accipit a perſona regulari de rebus monaſterii ꝙ preſumendum eſt niſi de contrario conſtet Diſtingue ꝙ aut recipit ab habente adminiſtrationem aut a ſimplici clauſtrali In primo caſu facienda ē reſtitutio monaſterio uel prioratui uel adminiſtratori de cuius bonis datum eſt & poteſt fieri reſtitutio eidem perſone que dedit ſi ad huc remanet in adminiſtratione illa maxime ſi iam credatur correctus uel ſecurius eſt ꝙ ei non reddatur ſi fiat ꝙ dictum eſt Si tamen tali non correcto facta eſt reſtitutio libera eſt que accepit Si autem admotus eſt ab adminiſtratione illa aut ſi clauſtralis ſit ſimplex qui dedit facienda eſt reſtitutio monaſterio uel prioratui uel adminiſtratori nec liberatur ſi ſoluitur illi qui dedit niſi tunc demum cum cōuerſum ſit in utilitatem monaſterii prioratus uel adminiſtrationis nec poterit retineri a monaſterio regularis mulieris huiuſmodi ꝙ accepit a regulari alterius loci niſi de conſenſu abbatis & conuentus ſi magnum fuerit donum aut abbatis ſolius ſi paruum & mediocre ¶ Q̄ autem dictum eſt de rebus taliter datis a perſonis regularibus Idem intelligas de rebus datis perſonis ſecularibus & laycis qui ſui iuris non ſunt ſicut eſt ſeruus & filius familias quando donat ob talem cauſam de rebus etiā peculiaribus niſi illarum rerum ita liberam habeat adminiſtrationem ꝙ quaſi pater familias poſſit diſponere de eiſdem ¶ Item ꝙ dictum ē de moniali reſpectu uiri regularis teneas econtrario quando uir regularis recipit aliquid a muliere regulari ¶ Contra habetur in reſtitutionibus ſancti Bernardini ſ̄mone.xxxix.ar.ſ̄o.c.tertio ultra medium qui quomodocunq; pecunia data ſit debet dari illi in cuius iniuriam data eſt ¶ Quid de ſeculari qui recipit ꝓ opere carnis a coniugata Reſpōdit idem ubi ſupra ꝙ reſtituere debet marito ſi illa dedit de rebus dotalibus aut communibus

¶ Si aūt dedit de rebus parafrenalibus ubi de conſuetudie habent mulieres parafrenalia aut ſi mulier ſoluta ſui iuris dedit amaſio aliquid de rebus ꝓpriis licet honeſtum ſit ꝙ illud expendat in pias cauſas non tamen credendum eſt ꝙ teneatur niſi uelit poterit etiam reſtituere ei qui dedit ꝙ melius uidetur ſi peniteat uel egeat & ce. ¶ Sed nunquid regularis ꝑſona poterit auctoritate ꝓpria ꝙ accepit ꝓ carnali opere uel ꝙ habuit de furto uel rapina reſtituere ¶ Reſpōdit idem ubi ſupra ꝙ ſi cuiq̄ cōpetit date

reſtitutio uel repetitio ❡Diſtingue ſi extat ad huc res data penes cui data eſt ſed non audet aut timet aut non poteſt impetrare ꝙ fiat reſtitutio per prelatum collegii tunc reſtituat auctoritate propria ſecundū formam ſupradictam etiam contradicente prelato quia plus eſt obediendum deo ꝙ̄ homini Si autem non extat quia iam conſumpta eſt tunc īanis eſt actio quam excludit inopia debitoris ſi autem non eſt conſumpta penitus ſed conuerſa eſt in utilitatem monaſterii uel habet aliquid ꝙ comparauit ex re ſibi data ſi non poteſt aut non audet aut timet impetrare ꝙ fiat reſtitutio per prelatum gerat bona fide negotium monaſterii reſtituēdo cui debetur ſicut dictum eſt uel ſi fuit datum de bonis eccleſie ſecularis īpetrando diſpenſationem epiſcopi ꝙ poſſit retineri a monaſterio uel erogari in pios uſus non tamen contradicente prelato hoc fiat propter bonum obedientie niſi ſit illa res comparata de pecunia eccleſie aut perſone priuilegiate in hoc ꝙ tunc rem emptam de ſua pecunia poſſit uendicare ſicut milles & pupillus in quo caſu etiam contradicente prelato poteſt eam reſtituere ſi eam habet ut dictum eſt de re ad huc extante penes eā pſonā que accepit & ce. ❡Quero quid de filiis illius qui uiuente vxore ſua duxit aliam tam ipſo ꝙ̄ ſupradicta ſciente īpedimento de filiis inꝙ̄ ſuſceptis de ſčo matrimonio illo nunquid poſſunt ſuccedere in hereditatem patris & an teneantur totū reſtituere filiis primi matrimonii aut aliis ueris heredibus Rn̄dit idem ubi ſupra ſi pſcripſerunt eam bona fide non tenentur aliquid reſtituere maxime ſi ad huc poſt completam preſcriptionē retinēt bonam fidem ſi autem nō eſt completa legittima preſcriptio tenetur totā hereditatem cum fructibus male fidei conſumptis reſtituere ꝙ̄tumcunqꝫ oportet eos indigere uel mendicare niſi ꝙ̄tum fuerit eis datum uel remiſſū a ueris heredibus & hoc quādo parati ſunt huiuſmodi poſſeſſores ſine dolo & fraude totum eis reſtituere ſi uelit recipere & ce. ❡Quero quid de adultera que concepit filiū ex adulterio qui filius putatiui mariti defraudat uerum heredem hereditate an teneatur ad reſtitutionem Reſpōdit ſcotus in quarto di. xv. q. ſčā ar. penul. ꝙ circa hec diuerſa eſt ſententia ❡Vno modo ꝙ ipſa habet reuelare crimen ſuū filio ſuo ſpurio & inducere eum ad dimittendum hereditatem uero heredi Alii dicunt ꝙ minus ualet ꝙ debet reuelare culpam ſuam marito ut aſſignet hereditatem uero heredi ꝙ licitum eſt ſecundum iura imperialia niſi teſtans primo teſtamēto īſtituit heredem ❡Contra primam determinationem arguitur ſic quia aut filius credet matri aut non Si autem crederet non eſt probabile ꝙ ꝑpter hoc dimitteret hereditatem quia pauci inueniuntur ita pfecti ꝙ ꝑpter iuſtitiam ſeruandam in foro dei dimittāt magnas poſſeſſiones quas poſſunt tenerē iure exteriori nec poteſt hoc iure preſumere enim multum prius experta fuiſſet uoluntatem filii ſui non autem debet ſe exponere certo periculo diffamationis apud filium ſuum ꝑpter īcertam correctionem filii ſi uero non credit tunc ſequuntur duo mala quia & ipſa tunc eſt infamata & ipſe

tenet hereditatem ut prius & ce. ¶ Contra ſecundam determinationem ar
guitur quia ſi dicit uiro primo ſe diffamat & ſe exponit periculo mortis
& maritum periculo vxoricidii quia talis poſſet eē zelator ut ſunt multi
qui ipſam occiderent uel ſaltem perpetuo habēt odio & a ſe & ab actu con
iugii depellerent ad iſta mala diffamationis mortis uel ſaltem odii uel diſ
cordie que ſunt ualde probabilia uidetur ut in pluribus euētura nō debet
ſe mulier exponere ꝓpter īcertū bonū hereditatis reſtituēde & preter hoc ī
terris ubi primogenitus vulgariter eſt heres pater ſi crederet vxori non
poſſet auferre a ſpurio hereditatem niſi in foro publico probaret eā talē
& tunc oporteret mulierem diffamari non tantum apud maritū ſed apud
totam patriam Dico ergo ꝙ mulier debet laborare q̃tum poteſt ꝙ ad hoc
ut reddatur hereditas vero heredi dico ꝙ non debet ſe diffamationi expo
nere ſed ex aliis cauſis honeſtis filium ſpurium q̃tum poteſt inducere ut
dimittat hereditatem Vnus modus honeſtus eſt ut intret religionē alius
ut fiat clericus & recipiat beneſitia eccleſiaſtica & his quaſi ſufficientibuſ
hereditatem dimittat alii fratri layco remanenti ¶ Sed ſi per nullā honeſtā
perſuaſionem poteſt mater flectere cor filii ſpurii ut dimittat non uidetur
ꝙ debeat ſe prodere illi quia nō eſt certa ꝙ talis īperſuaſibilis ab ipſa &
aliis honeſtis ꝑſonis ꝓpter illud flecteretur ymmo fortius & tenatius te
neret concipiens dimiſſionem ſui quia ꝑ illam notaretur ſpurius infamia
& talem notam multum cauent male nati & tunc debet mulier laborare ali
unde reſtitutionem fieri uero heredi q̃tum poteſt & correſpondentiā iu
ſtitie quia non dico ꝙ teneatur reſtituere equiualens toti hereditati quia
multum differt habere & ꝓpe eſſe ¶ Iſte enim nunq̃ habuit hereditatem
licet ꝓpe fuerit ſecundum iuſtitiam ¶ Et ideo minus q̃ equiualens heredi
tati ſufficit ſibi ꝓ reſtitutione & illud minus determinetur arbitrii boni
uiri uidetur tamen ꝙ ſibi debeat ꝓuidere de uicto honeſto & ueſtitu ſi
fuerit hereditas pinguis ut poſſit ſufficere heredi ad duplū uel ad triplū
iſtius ꝙ ſi nec hoc poſſit eſſe faciat ꝙ dicitur in.c.i. Odradus Concordat
Landulfus inquarto di.xv.& Ricardus in quarto di.xv.ar.quinto.q.iiii.
dicens & ce. ¶ Quid ſi mulier habet filium uel filios de adulterio occulto
poteſt ne facere heredes ſaltem in partem hereditatis ſue cum legittimos
filios non habeat uel ſi habet nunquid poſſunt de conſenſu eorum quaſi
legittimi admitti ad portionē hereditatis Similiter q̃tum poteſt ipſa uel
quicunq; alienare de hereditate ſua Rn̄dit Monal. ubi ſup̄ ¶ Ad primum
ſecundum iura ſcripta poteſt quilibet ſiue extraneum dum tamen non ſit
turpis uel ꝑſona indigna ſiue unum de filiis quem maluit heredem īſtitu
ere in totum uel in partem reſeruata legittima liberis ſuis ¶ Sed aliud ē de
conſuetudine in aliquibus locis ¶ In queſtione ergo ꝓpoſita retinenda eſt
conſuetudo regionis Magiſter etiam de conſenſu legittimorum filiorum
uel heredum alioꝝ poteſt facere legittimos filios coheredes.ſ. legittimoꝝ
niſi redugnet conſuetudo & ce.

## De reſtitutione dotis

QVero an mulieri adultere cuius occaſione facta eſt ſeperatio co-
habitationis teneatur uir uel eius heredes reddere dotem R̄ndit
Io.de platea inſti.de publicis iudiciis §Item lex iulia ꝙ non qa
mulier probato adulterio perdit dotem que cedit lucro uiri.l.ii dotem.C.
de iure dotium &.l.lutius.ff.ſoluto matrimonio & in.C.pleꝝꝗ.de dona.
inter uirum & vxorem An autem heredes uiri poſſunt obicere vxori ad
ulterium & per conſequens dotis ammiſſionem ſicut ipſe uir de hoc ſunt
opiniones vide dominum Antonium de butrio.in dicto.c.quicunq; & ce.

Quero quando dos debet reſtitui Reſpondit Io.de pla.inſtitu.de actio
nibus §fuerat antea.ꝙ ſi dos conſiſtit ī pecunia maritus uel eius heredes
habent dilationem anni Si autem conſiſtit ī immobilibus debet reſtitui ī
continenti poſt ſolutum matrimonium dicto § fuerat &.l.i§ exactio.C.
de rei uxo.actione.Et ſi heres mariti uel alius obligatus ad reſtitutionē
reſtituat infra dicta tempora tunc poſt moram immobilibus tenetur etiā
ad fructus ut dicto§ exactio &.l.fructus ſoluto matrimonio ſecundum ſo
lutionem.l.diuortio.ff.ſoluto matrimonio Sed ī rebus mobilibus uel in
corporalibus que hoc caſu loco mobilium continetur licet alias faciant ter
tiam ſpeciem per ſe.l.mouentium.ff.de uerboꝝ ſignifica.tenetur reſtitu
ere eos & uſuras earum extimationis uſq; ad tertiam centeſſime que ſunt
.xxxiii.& tertium ꝓ centenario & hoc de iure ciuili ut dicto § exactio.ſ
de iure canonico quo ꝓhibentur uſure ſolum poteſt petere intereſſe ꝙ ī
currit poſt moram ſecundum Io.an.in.c.ſalubrirer de uſuris

Et attende
diligenter ꝙ licet maritus uel eius heres habeat dilationem ut nō teneat̄
reſtituere mobile niſi infra annum ſed ſolum poſt ut ſunt naues iumenta
& ſimilia tamen fructus percepti ex dictis rebus mobilibus ut penſiones
nauium & iumentorum et ce.non lucratur ſed in tantum habet cōmodum
medii temporis et tenetur reſtituere una cum rebus poſt annum Secus in
eo ꝙ lucratur cum pecunia quā debet reſtituere ꝓ dote quia illud lucrum
ſibi acquirit et non reſtituit et ita intelligit Salicetus et Angelus ī dicto
§exactio.Barto.in.l.ſi conſtante§quotiens.ff.ſoluto matrimonio

Item
attende ꝙ licet infra annum maritus et eius heredes non teneant̄ reſtitu
ere res mobiles datas in dotem tamen tenetur infra annum alere uxorem
ſi non habet unde ſe alat Et notatur in dicto§ exactio.et hoc caſu cum
heredes dicantur quodammodo ſubſiſtinere honera matrimonii propter
preſtationem alimentoꝝ lucrantur fructus ut eſt gloſa notabilis et ibi p
Bar.in.l.diuortio.ff.ſoluto matrimonio ꝙ tamen ibi intelligit Bal.uſq; ad
concedentem q̄titatem alimentoꝝ et ab inde ſupra debent fructus reſtitu
ere uxori ar.l.ſi.ff.de pe.here.et.l.inſulam§fructus.ff.ſoluto matri.limita
uit tamen hoc ꝙ dictum eſt ſupra ꝙ tenetur preſtare alimenta ſi non ha
bet unde aliunde ſe alat hoc uerum ſi heres tantū habet ꝙ p̄ſtare poſſit

Si autem non habeat niſi quantum ſufficiat ſibi ſoli tūc omnis ordinata

caritas ici pit a ſe ipſo.l.preſens.C.de ſeui.& aqua.& hoc vult gloſari.paruula in.l.ſi maritus.§.illud.ff.ſoluto matrimonio niſi heres eſſet artifex ut aliunde poſſet ſibi querere uictum ut uoluit alia gloſa in dicta.l.ſi maritus & ce. ¶ Sed cui debet dos reſtitui ¶ R̄ndit idem ubi ſupra ꝙ quando mulier eſt ſui iuris & dat dotem uel etiam quando eſt in poteſtate & dat dotem aduenticiam tunc debet ſibi dos reſtitui & ipſa eſt illa que agit ī iudicio ꝓ dote etiam ſine conſenſu patris ut tenet gloſa in auctentica ꝙ locum.C.de collatio.& in.l.ſi.in prici.ff.ſoluto matrimonio et idem ī dote aduenticia ſibi donata a patre que donatio ualet ſ nobre dotis caſus eſt in .l.Pōponius philadelfus.ff.de.horreis Si autem pater dat dotem ꝓfecticiā ꝓ filia in poteſtate tunc eſt communis actio patris & filie nec unus poteſt preiudicare alteri poſt talem acquiſitionem tamen bene habet exercitium actionis conſenſu filie que ſemper preſumitur niſi habeat iuſtam cauſam contradicentem.l.ſ.a.§.uoluntatem.ff.ſoluto matrimonio & poſtq̄ filia eſt facta ſui iuris morte patris uel emancipatione uel etiam ſi fuiſſet exheredata actio de dote in totum conſolidatur in perſonam filie etiam ſi pater ſibi ſoli fuiſſet ſtipulatus ut tenet gloſa i.l.una.§.uideamus.C.de rei ux.actio. ¶ Si autem extraneus dat dotem ꝓ muliere tunc in dubio acquirit actio mulieri niſi fuerit pactus uel ſtipulatus ſibi redi Et intelligit extraneus omnis qui non habet in poteſtate & ideo ſi pater dat ꝓ filia emancipata pater cenſetur extraneus & acquirit actio filie niſi ſibi fuerit pactus uel ſtipulatus ut dicta.l.unica.§.accedit & §.extraneum de re uxo.actus

¶ Quid ſi fundus extimatus eſt in dotem ¶ Reſpondit idem ubi ſupra ꝙ talis extimatio facit emptionem & transfert periculum in maritum nec plus tenetur ad fundum ſed ad extimationem.l.plerūq̧.§.ſi ante.ff.de iure doti.&.l.extimate.ff.ſolu.matrimo.& ideo ſi mulier cuius uſu attriuit ueſtes datas in dotem tamen maritus tenetur reddere eius extimationem.l.mor.§.res in dotem.ff.de dona.cauſa mortis ſecus ſi non fuerunt extimate ut dicta.l.plerūq̧ in principio ¶ Pone ꝙ qs recipit uxorem ſimpliciter nulla habita mētione dotis An poſtea poſſit cogere patrem ut conſtituat ſibi dotem ſecundum conditione perſonarum & q̄titatem ſui patrimonii pōt pater cogi facere offitio iudicis ante matrimoniū.l.que liberos.ff.de ritu.nup.&.l.fi.C.de dotis ꝓmiſſione uel ſi pater eſt abſens & īpeditus iudex conſtituit dotem.l.ꝓfectitia ver.ſed ſi proponas.ff.de iure doti.Reſpon.idem ubi ſupra ꝙ gloſa vult ꝙ ſic in.l.obligamur.ff.de actione & obligatione ¶ Sed Bar.contra.quia cum ſit nupta ceſſat cauſa propter q̄ prius cogebatur ſcilicet ut nubere poſſet & eſt caſus in auctentica de nup.§.ſi qs ſub poteſtate conſtitutus collatione quarta dicit tamen Bar.ꝙ ſi filia ſe maritaret et dotem ꝓmitteret eo ꝙ pater eam non maritabat ꝙ tunc poſſet pater cogi.l.ſi filius.ff.ad macedo.et.l.et ideo.§.finali.ff.de in ī verſis

¶ Sed nunquid maritus poſſit expellere vxorem remittendo eam ad domum patris eo quo pater non ſoluit ſibi dotem ꝓmiſſam Baldus dicit ꝙ ſic.l.ſi

dotarius.ff.de conditione ob cauſam quia maritus non debet recipi nec uxorē habere ſine dote.xxx.q.v.nullum ſine dote & allegat gloſam quā dicit hic inuere in auctentica de non eligen.ſecum nuben.§ finali collatiōe prima & addit textum in.c.per ueſtras de dona.inter virum & uxorē ibi ꝙ uxorem ſuam a ſe repulerat ubi uidetur caſus ¶ Quid de filio q recipit filiam raptoris uel uſurarii in uxorem qui nihil habet niſi de malo acquiſito Reſpondit Alexander de ales ſecundum quoſdam ꝙ dotem quam accipit cum filia non tenetur reddere ſi non craſſa uel probabili ignorantia eſt ductus quia credebat ſocrum non eſſe uſurarium aut preter illam dotē habere ſufficientia ad reſtituendum Tu uero dic ꝙ ex quo ſcit ꝙ dos accepta erat neceſſaria ad ſoluendum alia debita reddere tenetur nec poteſt talem dotem cum bona conſcientia retinere ſi certi ſunt hii quibus prius debebatur quia de rebus aliorum nullatenus ſecundum deum potuit illa dotari Si tamen uxor eius non pateretur illa reddi tunc forte ſufficit illi ꝙ ipſe non percipiat de bonis illis ¶ Aſtenſis in ſumma tenet primā opinionē libro tertio ti.quarto & ce.

De reſtitutione bellantium.

AN capta in bello ſubiciantur reſtitutioni ¶ Reſpondit Monal. in ſumma ꝙ non tenentur nec principes nec milites ſi bellum eſt iuſtum ideſt de ius gentium.xxiii.q.ſeptima ſi de rebus Bellū autem ad hoc ut dicatur iuſtum requirit quinq; ſcilicet perſonam.rem.cauſam.animum.& auctoritatem ¶ Primo perſonam ſcilicet ut ſit perſona cui liceat bellare ſecularis non eccleſiaſtica cui non licet ſanguinem fundere uiceſimatertia.q.octaua clerici & c.his niſi in neceſſitate ineuitabili Res ſ. ut fiat pro rebus repetendis uſq; quo ſit ei ſatiſſactum de omni damno ab hoſtibus illato ar.xxiii.q.ſa.c.i.&.q.tertia fortitudo &.q.octaua ſi nulla Cauſa ſcilicet neceſſaria pro defenſione extra de reſti.ſpo.olim cum cauſa ſit licita ¶ Animus ſcilicet non ex odio ultione uel cupiditate ſed ad correctionem uel propter caritatem iuſtitiā & obedientiam uiceſimatertia.q. prima ꝙ culpatur & c.militare ubi dicitur militare non eſt delictum ſed ꝓpter predam militare peccatum eſt ſed ut per bellum pax queratur auctoritas ſuperioris.xxiii.q.prima quid culpatur &.q.ſa.c.primo dicit enim Imperator nulli ꝓrſus nobiſ inſciis atq; inconſultis quoꝝ licet armoꝝ mouendorum copia tribuatur.C.ut armorum uſus inſcio principe interdictuſ ſit.l.i.li.xi ¶ Item Hoſtienſis in ſumma in titulo de penitentiis § quibus uer.quid de rapina & ꝑda qui addit ꝙ fieri poteſt etiam cum auctoritate eccleſie precipue ſibi pugnatur ꝓ fide concordat etiam Alexander de aleſ uide ſupra bellum et ſi aliꝙ predictorum quinq; defuerit dicetur bellum īiuſtum ſecundum Monaldum Idem addit Io.de platea ꝙ iuſtum bellum eſt ꝙ indicit imperator uel papa uel ſui legati uel officiales quia aliqui ſe rebellauerunt imperio uel eccleſie ut notat Bar.in.l.hoſtes.ff.de capti. et inſti.de actione § rurſus in gloſa et quicquid capitur in iſto bello efficiē

capientis ut inſti.de rerum diui.§ Item ea niſi capiantur uictis hoſtibus quia tunc capta debent poni ad butinum ut diſtribuantur inter milites ſecundum merita ut.l.ius militare.ff.de capti.in.c.ius gen.di.i. ¶Sed qd ſi quid predictorum quinq; defuerit nunquid tenebitur reſtituere quid quid adeptus eſt de huiuſmodi bello ille qui mouit illud Reſpondit idē Monaldus ꝙ q̄uis bellum non ſit iuſtum ex cauſa & ex animo & ex ꝑſona & ex auctoritate ſi tamen res ſubſit ſcilicet quia pro rebus repetendo factum ſit non tenetur quia mouit bellum reſtituere quid ibi cepit niſi ceperit uel damnificauerit aduerſarium ſuum ultra quā ipſe aduerſarius habuerat uel damnificauerat iniuſte de bonis mouētis ſibi bellum & hoc eſt dicendum ſecundum iudicium fori penitentialis ubi habet locum cōpēſatio etiam ut liquidi ad liquidum que non habet locum in foro contemptioſo unde ſi quis in foro penitentiali confiteatur ſe ꝑ furtum habuiſſe decem de rebus illius qui manifeſte abſtulerat ei.x.facere conſueuit & bn̄ iudex penitentionarius recōpenſationem nec iniungat ei reſtitutionem illorum decem niſi aduerſarius eius poſtmodum reſtituat ei.x.ablata iniunget ei tamen penitentiam de furto commiſſo concordat Hoſtienſis ubi ſupra qui dicit hoc tamen teneas ꝙ his qui iuſte pugnat nō tenetur ad reſtitutionem ſed ſit capientis di.i.ius gentium.xxiii.q.ſeptima de rebus & hoc intelligas ſiue capiatur de rebus iniuſte pugnantis ſiue uaſallorum ſiue hominum ſuorum quouſq; iuſte pugnanti de debito ſuo uel iniuria uel offenſa illata vel damno dato ſibi vel ſuis & intereſſe ſuo ſit iuſta ꝑ piam & ſanam conſcientiam plenarie ſatiſfactum vel donec hoſtis paratus ſit ſatiſfacere uel iuri peritorum offerat ¶Illos autem intelligas ſuos qui plus hominem q̄ deum timentes ſecuntur dominum ſuum ī bello illicito contra illud ꝙ legitur.xi.q.tertia Iulianus &.c. dominus Alios autem qui ei non preſtant conſilium auxilium vel fauorem nō credimus puniendos quia pena ſuos non debet egredi auctores extra de his que fi.a maio.per ca.c.queſiuit nonagiutaſexta di.ſatis per uerſum de conſtitutionibus.c.cognoſcentes.i.q.quarta.c.i. ¶Quod autē dictum eſt illos teneri qui dominum in iniuſto bello ſequūtur intelligas quādo de hoc certi ſūt vel probabiliter credunt iniuſtum eſſe bellum maxime vbi eccleſia hoc ꝓhibebat & tales excommunicabat ¶Si uero certi eſſent vel probabiliter crederent ꝙ iuſtum eſſet in nullo tenerentur niſi forte haberent corruptam cupiditatis intentionem ¶Sed hoc reputo periculoſum quia ſola conſciētia non facit iuſtum bellum ymmo auctoritas iuris vel iudicis ē q̄tum ad hoc pertinet requirenda hec Hoſtienſis ¶Quid ſi probabiliter dubitat utrū iuſtum ſit vel iniuſtum Reſpondit idem vbi ſupra ꝙ ad huc ꝓpter bonū obedientie excuſatur.xxiii.q.prima quid culpatur ſecundū Ray.hoc dicas verum ſi inquiſiuit q̄tum potuit & peritiores conſuluit & ſemper dubius remanſit alioquin affectator ignorantie ſicut non expers ſcientie puniret de clan.deſpon.cum inhibitio §ſi quis vero ¶Nec excuſatur ꝓpter timorē

ãmittendi ſedum vel incurrendi damnum.xxxii.q.v.ita ne licet metus cul
pam in partem attenuet quo ad penitentiam iniungendã certa ieiunia &
orationes extra ꝙ metus cauſa .c.ſacris ſed auctoritas iuris vel iudicis req
ritur vbi ergo habetur auctoritas iudicis dici poteſt ꝙ ſi iudex errauerit
ad pugnantis tamen conſcientiam recurratur & in hoc poteſt habere locũ
diſtinctio dicta in foro penitentionali ſecus in contentioſo niſi error aper
te detegeretur ſuo tempore ut patet in his que notãtur de ſen.& re.iudi.
ſub rubrica quot eius ſpecies hec Hoſtienſis concordat Ricardus ĩ quarto
di.xv.q.quarta dicens ꝙ qui in guerris ſcienter inferunt damna ĩnocenti
bus tenentur illis ad reſtitutionem Illi autem in guerris innocentes non
ſunt qui habenti iniuſtum bellum fauent directe vel indirecte de pſonis
vel rebus hec Ricardus vide infra §lxxii.&.lxxxii ¶Sed nunquid hii qui
ſecuntur tenẽtur in ſolidum Diſtingue vtrum ſcirent predã committi de
bere vel ignorarent tamen timentes a preda non abſtinuerunt ĩmo alios
adiuuerunt & tales etiam hii qui cõſilio vel auxilio vel adulatione vel de
tractione ſeu cauſa ſimili induxerunt tyrannum ad predam faciendam vel
guerram mouendam iniuſte tenentur in ſolidum ſi propter hoc ſciunt vel
credunt ꝙ tyrannus ad hoc ſit inductus alias non facturus vel non factu
rus tantum quo ad id quod plus feciſſe creditur ex tali inſtigatione ar.de
homicidio.c.ſicut dignum.xvii.q.quarta omnes &.q.ſ'a votum.lxxxiii.di.
.c.error &.c.facientis Si uero ſciunt vel credunt ꝙ propter hoc ad huc nõ
fuerit motus non propter talia plus vel minus fecit tunc non tenent̃ niſi
in q̃tum ad eos peruenit vel de his expenderunt & in q̃tum damnum de
derunt per ſe vel familiam ſuam directe vel occaſionaliter ad hec de ſen.&
re iudi.c.cum.i.&.a.de eta.& quali.c.tuam.xi.q.tertia quoniam multos.ff.
ſi certum petatur.l.ſi & me.& ticium de iniuriis.c.fina.hec Hoſtienſis
¶Quid ſi neuter raptorum dominus erat nec vnus magis animauit alium
quã alius ipſum ſed ſimul conuenerunt de faciendo tali inſultu vel tali ra
pina committenda Reſpondit idem vbi ſupra ꝙ quilibet tenet̃ ĩ ſolidum
Sed nunquid omnes qui ſequũtur etiam ſi vnus ſolus potuiſſet per ſe hoc
facere tenentur in ſolidum ¶Reſpondit idem ꝙ ſic ut probatur aperte.ff.
ad.l.acquile.l.ſi ita vulneratus §fi.&.ff.arboꝝ furtũ ceſaris.l.ſi plures.ff.
de furtis.l.vulgaris &.ff.ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit.l.i.Ali
qui tamen dicunt ꝙ ſufficit ꝙ quilibet pro parte ſua ſatiſfaciat ſed primũ
non ſolum tutius eſt ſed verius & ce. ¶Sed pone ꝙ guerra fuit inter du
os milites vel principes & hinc inde multa damna data ſunt & poſtea fa
cta eſt pax inter ipſos & damna hinc inde data remiſſa ſunt nũquid hec
remiſſio extenditur ad homines vtriuſq; ¶Reſpondit Hoſtienſis in ſum.
in titulo de peni.ꝙ non videtur niſi eſſet de conſenſu eorũdem ſic facta
ar.C.de tranſac.l.i.&.l.tranſactionis placitum et.l.pſens et.l.vbi pactũ
de maio.et obe.c.fi.ff.de tranſac.l.tertia et.l.qui cum tutoribus et.l.nulli
.ff.de pactis.l.vnus §pacta et in ſumma et.l.ſi conuenerit uel ubi forſitã

alibi aliter non poſſet haberi pax ibi enim utiliter partis gerit negotium
vtriuſq; & ſic poteſt intelligi.ff.de pactis.l.conuentionū Aliter quomodo
poſſum remittere ius hominis mei cum nec poſſem ab eodem extorquere ſi
ne rapina hec Hoſtienſis ¶Quid de ſubditis mouentibus bellum ex im/
perio dominorum ſuorum ¶Reſpondit Monaldus vbi ſupra ꝙ ſubditus q
mouet bellum pro domino ſibi mandante & ſcit bellum eſſe iuſtum non
tenetur ad reſtitutionem eorum que accepit ab hoſtibus iuxta editum do/
mini nec peccat niſi habeat corruptam intentionem vel odium uel ſimilia
Si autem ſciebat bellum eſſe iniuſtum tenetur reſtituere quia plus timuit
hominem q̄ deum Si uero dubitabat utrum bellum eſſet iuſtum ſiue ratio
ne perſone ſiue rei aut cauſe aut animi aut auctoritatis Ex his enim cauſiſ
poſſet bellum eſſe iniuſtum vt dictū eſt ſupra eadem parte §i.ubi tractat
de bello iuſto vel iniuſto non tenetur Vnde ſi vaſallus ducis uel comitis
vocetur ad bellum mouendum ab eodem comite uel duce contra hoſtem
ſuum contra quem non ei auctoritate propria mouere bellum excuſatur
vaſallus ſi dubitet utrum idem comes uel dux habeat auctoritatē a rege
ſuper hoc excuſatur ei propter bonum obedientie licet forte peccet cōtra
deum ibi male participando.xxiii.q.i.quid culpatur aliter culparis ¶Sed
nunquid ſimiliter excuſantur amici & cognati mouentis bellum qui non
ſunt ei ſubditi & milites etiam ſeruientes ſtipendiarii & extranei ſi cre/
debant iuſtum eſſe bellum ¶Reſpondit idem ubi ſupra ꝙ non quia nō ex/
cuſat bonum obedientie ſicut ſubditos nec debēt ſe committere diſcrimini
& in dubio ut inueniit aliquem in preiuditium alterius ¶Quia ſicut dicit
Ambroſius Si non poteſt alicui ſubueniri quin grauetur alter commodiuſ
eſt neutrum iuuari q̄ grauari alterum.xiiii.q.quinta demū nec eſt ſimile
de aduocato quem excuſat bona fides q̄ diu credit eſſe iuſtam cauſam q̄ fo
uet licet in ueritate ſit iniuſta quia ibi eſt iudex ſuperior qui cauſam exa/
minat & iudicat de allegatis In bello uero ſiue guerra uiribus corporali/
bus negotium nititur non propter rationem diiudicantis & ce. ¶Quid
de his que rapiuntur in eccleſiis aut de bonis clericorum aut eccleſiarum q̄
ſunt in terra illius contra quem iuſtum geritur bellum nunquid q rapiūt
ea tenentur ad reſtitutionem ¶Reſpondit idem vbi ſupra ꝙ ſic niſi aucto
ritate prelati eccleſiaſtici hoc fiat & ce. ¶Quid de illis qui confugiūt ad
eccleſiam iminentibus hoſtibus & ibi capiuntur ab eis nunquid capiētes
debent eos dimittere liberos ¶Reſpondit idem ubi ſupra ꝙ ſic niſi inca/
ſtellauerint eccleſias aut inde ipugnauerint hoſtes in hoc enim caſu cum
ipſi immunitatem eccleſie violent impugnando nonq̄ debent gaudere im/
munitate eccleſie Similiter dicendum ſi ibi reponant victualia ſua de qui
bus ſubſtentantur in impugnatione hoſtium ſuorum.ſ.ꝙ ſi rapiantur ab
aduerſariis iuſte bellantibus non tenētur ad reſtitutionem & forte non
peccant etiam rapiendo & ce. ¶Item quid de illis qui incendunt eccleſias
in bello iuſto nunquid tenentur de damno dato ¶Reſpondit idē ubi ſup

ꝙ ſi non ſunt incaſtellate & hoc ex propoſito tenentur Si autem ſunt īca ſtellate aut ſi non ex propoſito incendantur ſed caſu dum illi iuſte bellan tes preſtant operam rei licite dum incendunt machinas hoſtiū aut caſtrū aut villam q̄ alias non poſſunt expugnare commode dicendum eſt ꝙ non tenentur ¶ Vtrum ſacrilegis regibus indicentibus bellum teneanť ſub diti milites obedire ¶ R̄ndit Alexan. de ales in tertio i tractatu iudicialiū preceptorum ꝙ uir iuſtus ſi ſub homine ſacrilego militet recte poteſt illo iubente bellare ſi uere pacis ordinem ſeruans ꝙ ſibi iubetur videt non eſſe contra dei preceptum vel utrum ſit certum non eſt Et ideo legio Thebe orum potius voluit mori q̄ iubente ſacrilego imperatore perſequi xpriſti anos vt legitur Mauritii & ſociorum eius Vnde Auguſtinus cōtra Ma nicheos Si humana cupiditate bellum geritur ſupple & principe nō nocet ſanctis ideſt ſubditis in quo non habet quilq̄ poteſtatem niſi a deo ſiue ſinente ſiue iubente ¶ Quero an occupata hodie per principes xpriſtia nos inter ſe bella & guerras propria temeritate bellantes aliter mouentes & ꝙ vnus quiete & pacifice poſſidet & ab ātiquo poſſedit aliqui de nuo violenter occupant An licite teneant Reſpondet Anto. de butrio. c. ꝙ ſu per his de voto ſecundum Hoſtienſem ꝙ non videt ꝙ iuſte teneant nec videt qualiter confeſſores eorum peccata q̄q̄ notoria palpitēt & diſſimu lent nec qualiter ab eiſdem caſtra & poſſeſſiones & alias elymoſinas ſcien ter accipiant & abſoluant & per conſequens non videt qualiter in ytalia preſcribi poſſit de preſcriptione c ſi Vnde dicit Caueant & ſibi conſulant unde timendum ē ne cateruatim ad inferos innumerabiles populos ſecum trahant. xl. di. ſi papa. peniteant ergo & ꝙ ſciunt eſſe alienum reſtituant .xiiii. q. v. per totum & q. ſexta. c. i. ſi volunt per ueram penitentiā reperari de ſumma trinitate. c. i § ſacrum ¶ Quid de comitibus noſtris qui tota die ſine auctoritate principis arma ſumunt & ſumi faciunt & vaſallos ꝓprios exhereditant Reſpondet idem Hoſtienſis de treu. & pace § quid ſit iu ſtum non dubito quin ad reſtitutionem teneantur niſi ſeruent iuris ordi nem qui eſt vt ſi vaſallus vult ſtare iuri audiatur Si contumax eſt impug netur ꝙ poteſt fieri auctoritate iuris vel iudice precipiente. ff. de rei. uen. .l. qui reſtituere nulli enim licet arma mouere ad pugnandum ſine auctori tate iuris uel iudicis Aliter penam incurrit cum intelligatur violentiam ī ferre. ff. ꝙ metus cauſa. l. extat Si ergo dominus q imediate ſubeſt pricipi de vaſallo proprio conqueratur & uellit tutiorem partē eligere ſcilicet quo ad animam conſulo ꝙ non dicat ſibi ius ſed uel auctoritatē principis gla dium aſſumat vel ad dyoceſanum vaſalli recurrat ad cuius monitionem ſi obedire uoluerit excommunicabitur ratione peccati extra de iudi. c. nouit & de maio. et obe. c. ſolite. de cenſi. c. omnis anima et ſi per annum ſteterit excommunicatus ex tunc dyoceſanus ipſum et res eius exponet hec Hoſti enſis ¶ Quid de iſtis bellis inditis cottidie ab una ciuitate alteri ſine au ctoritate principis Reſpondit Io. de platea inſti. qui mo. ius. patri. po.

ſol.§ſed ab hoſtibus qui dicuntur latrunculi ideo ab eis capta ſubiacent reſtitutioni ut.l.quia latronibus.ff.de teſta. ¶Quid de iſtis partialibus ciuitatum quando vna pars expulſat indicit bellum ciuitati ¶Reſpondit idem vbi ſupra φ non dicitur bellum ſed diſſenſio ciuilis ex qua res publica leditur & ideo in tali bello non habent locum ſtatuta de bello licito .l.ſi quis in gemīa §in ciuilibus.ff.de captiuis & ideo in eo capta ſubiacent reſtitutioni ¶Quid de iſtis ſocialibus gentium armorum qui ad ſuum libitum diſcurrunt territoria ciuitatum faciendo redimere ¶Reſpōdit idem φ latrones ſunt & de omnibus per eos commiſſis tanq̄ latrones puniendi ſunt ut.l.hoſtes de captiuis ¶Quid de his que recuperantur ab hoſtibus per milites & ſtipendarios Reſpondit Io.de pla.inſti.qui modis patrie poteſtatis ſoluitur §ſi ab hoſtibus φ debent in priſtino ſtatu reponi vnde beſtie ablate per hoſtes & a noſtris ſtipēdariis recuperate debent reſtitui eis quorum primo erāt di.i.ſicut liberis &.l.ab hoſtibus la.§a.ff.de captiuis & hoc uerum eſt in rebus que habent poſt liminium φ eſt ius quod debetur poſtq̄ a captiuitate liberati ſunt ſicut ſunt equi naues honerare currus & boues & alia propter vſum belli parata de qbuſ .l.ſa &.i.ff.de captiuis ¶Item fallit in armis recuperatis que non reſtituuntur illis qui amiſerant quia vituperoſe ammittuntur.l.i.ff.de captiuis ſed in rebus hoſtium captis diſtinguitur aut ſunt res imobiles & debent publicari non autem efficiuntur capientium.l.ſi captiuus §expulſis.ff.de captiuis Si ſunt res mobiles effitiuntur capientium .l.ſi quid in bello.ff. de captiuis niſi capiantur uictis hoſtibus quia tunc debent diſtribui ſm merita ut dictum eſt ſupra §ſexto ¶Quero an in iuſto bello nō ſolum cōtra principalem iniuriantem ſit licitum pugnare ipſum & pſonas ſuas capiendo ſed etiam vaſallos et ſubditos ac cōplices et eum contra iuſtitiam adiuuantes ¶Rn̄det Innocentius in c.ſicut de iure iurando φ aliqui dicūt φ ſic ar.de offitio dele.c.i. ¶Alii dicunt φ poſſunt q̄ diu ſunt in actu belli non aliter ſi pugnant contra mouentem bellum uel niſi de rebus eorum puta ſi in caſtris uel ediſiciis aliis lederent ¶Vtrum ille qui recuperat rem ſibi ſubtractam furto vel violentia uel equipollente furti ue vel violenter teneatur ad reſtitutionem ¶Rn̄dit Alexander de ales in quarto in tractatu reſtitutionum ſine preiuditio opinando iuxta aliquorum ſententiā φ cum aliquis furtiue uel violenter recuperat non rem ſuam ſed equipollente rei ſue ſi hoc incontinenti fiat ſcilicet ſine interpellatione temporis nō tenetur ad reſtitutionem rei illius niſi fur vel raptor reſtituat illi φ abſtulit et quia licitum eſt vim vi repellere incontinenti ¶Exempli gratia aliqs auſert alii equum ſuum uel furatur ille cui ablatus eſt equus inſurgit ſtatim in eum et eum non poſſit ei auferre equum quem ſpoliator abſtulit illi auſfert illi ſuum In hoc caſu non tenetur ad reſtitutionē niſi fur uel raptor reſtituat illi φ abſtulit niſi forte melior fuerit equus ſpoliatoris quā ſpoliati quia tunc tenetur ad reſtitutionem tanti q̄tum pualet φ autem

poſſit recuperare rem ſuam incontinenti rapiendo uel equipollentem rei ſue uidetur pro ſimile ſumptum in.l.de vterominii .xxix. vbi loquitur ꝙ cum aliquis non de induſtria interfecerit aliquem ꝓpinquus occiſi īpune poterit incontinenti occidere occiſorē dūmō dolore ſtimulet̄ licet occiſor n fuerit reus mortis multa.n.ꝑpetrata iſtāte dolore remanēt īpūita q̄ ſi cē ſſāte dolore fierēt eēnt punīeda uñ ſpoliatus re ſua ſi īcōtinenti manēte dolore ex dāpno ſibi illato recuperaret rē ſibi furtiue vel violentei ſubtractā furto vel rapina rei equipollentis facta ſpoliatori non credo ꝙ teneatur ad reſtitutionem ¶Sed ſi tempore interpellato ceſſaret dolor non uidetur mihi ꝙ poſſet cum recta conſciētia rem ſuam recuperare furto uel rapina rei equipollentis quia hec res nunq̄ fuit ſua ſed per iudicium rem ſuam debet recuperare Si uero rem propriam recuperet furto uel rapina uel uiolētia non tenetur ad reſtitutionem Nō obſtat ꝙ nemo debet ſibi facere ius cum non ſit iudex quia reſpondit idem quia hic dicitur propter conſeruationem rei publice periculum enim maximum imineret rei publice ſi quilibet faceret ſibi ius vnde vbi nullum periculum imineret iminet rei publice ut pote quando aliquis ſine omni ſcandalo recuperat rem ſibi ablatam bene licet ſibi facere ius nec tenetur ad reſtitutionem ¶Sic ſecundum modum predictum dicendum eſt ad predicta iuxta ſentētiam iuris peritoꝝ quod ſecundum diffinitionem illorum qui ſunt iuris periti in iure diuino poteſt dici ꝙ qui ſine ſcandalo rem ſuam latenter vel ꝑ violentiam accepit vel rem equipollentem rei ſue non tenetur reſtituere quia ſimpliciter non facit furtum Et ſi dicat ꝙ contractat rem alienam dicendum ꝙ non ut alienam.

## ¶De famulo furto ſubtrahente a domino ꝓpter mercedē negatā

QVid de illo qui ſeruiuit domino fideliter & dominus non vult ei reddere mercedem ſuam & furatur domino equiualēs mercedi ſue an teneatur ad reſtitutionem R̄ndet Alex.vbi ſup̄ de ales ꝙ nec tempore negate mercedis nec poſt licitum eſt ei ſpoliare dominum ſuū quia nihil ꝙ dominus habeat eſt uel fuit ſeruientis neq; ipſe ſeruiendo & iam completo ſeruitio efficit ꝙ ſuum eſt ſed ꝙ ſuum eſſe debebat cauſa.n. efficiens meritoria non eſt vere & ꝓprie cauſe mercedis q̄ meretur ſ; ipſe dans uel reddens mercedem ſicut cum aliquis ꝑ caritate meretur vitam eternam ipſe non eſt ꝓprie cauſe vite eterne ſed deus qui eam dat nec eſt ſimile Ioſue octauo vbi dicitur ꝙ filii iſrahel ceperunt ciuitatem Ay per inſidias ut dicit Auguſtinus cum quis iuſtum bellum ſuſceperit ¶Vtrum aperta pugna an inſidiis vincat nihil ad rem ꝑtinet quia dominus iā contulerat terram ꝓmiſſionis filiis iſrahel Item non obſtat exo.ſo ꝙ filii iſrahel poſtulauerunt mutuo ab egiptiis aurum uel argentum & non reddiderunt eis quia fuerunt ſerui egiptiorum nec habuerunt mercedem quia illud precepit dominus cuius maxime erant res egiptiorum ūde tranſtulit

dominium earum Idem Ricardus in quarto di.xv.qui dicit ꝙ peccat ī mo do recipiendi licet non ad reſtitutionem teneatur.xiiii.q.v.non ſane con cordat Aſtenſis in ſum.li.v.ti.xxix.

¶De reſtitutione acqſitoꝝ in ludo.

QVero an acquiſita in ludo ſubiaceant reſtitutioni ¶Rn̄det Ricar. in quarto di.xv.ar.quinto.q.octaua Qꝛ quidam ludi ſunt ita pro hibiti ꝙ tamen non precipitur reſtitui homini quod lucratur ſm legem illius ludi ſicut ſunt torneamenta vnde illi qui lucrantur tali ludo q̄uis peccent & quia faciunt contra probibitionem eccleſie tamen reſtitue re non tenentur ¶Sunt & alii ludi prohibiti ita ꝙ etiam precipitur reſti tutioni illud ꝙ ludens tali ludo lucratur cuiuſmodi eſt ludus alearum & taxillorum & ꝙ tales ſint ludi prohibiti habetur di.xxxv.epiſcopus § & .ff.de allea per totum & in auctentica de ſanctis epiſcopis § interdicimus & extra de vita & honeſtate clericorum in.c.clerici offitia in textu & glo. non tamen eſt prohibitum ludere non ex cupiditate & pro communi con uiuio faciendo.ff.de al.l.ultima ꝙ in conuiuio veſcendi cauſa ponitur in eadem rem familie ludere pmittitur ¶Qꝛ autem ludens reſtituere teneat̄ ꝙ lucratur in ludo allearum vel taxillorum ſecundum ꝙ prohibitus eſt in dicto c.epiſcopus & gloſa &.ff.de alle.l.vlti.in dicto c.clerici offitia glo. ¶Qꝛ aliqui ſic eſſe credunt intelligendum ſcilicet ꝙ per iudicem ad reſti tutionem poteſt de iure cōpelli ſi tamen per ſententiam iudicis n̄ cōpellit̄ reſtituere non tenetur quia talis reſtitutio precipitur in penam lucrantiū tali ludo nec iura ad hoc allegata dicunt ꝙ teneantur reſtituere ipſo iure ſed ꝙ ab eo poteſt de iure peti Aliquis enim quandoꝙ aliquid licite reti net anteq̄ p ſententiam dimittere cōpellantur ꝙ tamen p ſententiā iuſte latam reſtituere cōpellitur electio enim excommunicati minori excommu nicatione non eſt irrita ipſo iure tamen eſt irritanda extra de cle.ex.mi. § ſi celebrat Interficiens etiam hominem iniuſte poteſt p ſententiam iu ſte priuari hereditate ſed tamen ante ſententiam non tenetur illam dimit tere Communis tamen opinio que eſt ſecurior tenet ꝙ eo modo ꝙ ludus taxillorum eſt ꝓhibitus hon o tenetur de iure ad reſtituēdum illud quod lucratus eſt per talem ludum quia non tantum ꝓhibetur ille ludus ſ; etiā acquiſitio lucri per talem ludum quia tamen ut aliquibus ꝓbabiliter uide tur talis reſtitutio non precipitur p ius canonicum ſed tantummodo per ius ciuile non uidetur ꝙ ad hanc queſtionem ſint obligati de neceſſitate niſi illi qui de iure legibus ſubſunt imperialibus niſi alibi ſit talis conſti tutio p cōſuetudinem approbatā videt̄ tn̄ aliis ꝙ talis reſtitutio p̄cipiat implicite in iure canonico quia leges imperiales non contrarias iuri diuino nec abrogatas per ius canonicum nec p aliquā couſuetudinem rōnabilem iura canonica obſeruandas decreuerunt.x.dies de capitulis in.C.quis au tem & duobus is immediate ſequentibus Item Hoſtienſis ī titulo de pe. § quibus ner.ſ; & ſunt addit dicens Sed & ſunt pſone quibus ē idiſtīcte

reſtituendum quicquid ab eis in ludo lucratū ſiue extortum eſt puta furi oſi pdigi minores.xv.annis & maxime pupilli Item in mēte captis ſurdi ceci & perpetuo morbo laborantes quibus tutores & curatores dati ſunt & ſic per ſe & ꝓpria non libere adminiſtrant.ff.de poſtu.l.i.in fi.&.l.ii. & inſti.de cura.i.Rñdet idem de monacis & clauſtralibus ar.xii.q.i.nolo &.c.non dicatis & de teſta.mo.c.cum ad monaſterium Idem in uxore ludente res mariti & in filio familias ludente res paternas & in adminiſtratione eccleſie ludente res eccleſie que pauperibus ſunt.i.quibus omnibus tutori uel curatori abbati marito patri eccleſie eſt reſtitutio facięda Ray. autem diſtinguit Vtrū aliquis ludens uoluntarius ex cupiditate āmiſerit & talis non poteſt repetere & ſi lucretur ſaltem in iudicio anime tenetur reſtituere vel coactus inuitus attractus vel per nimiam iportunitatem inductus & ſi talis āmittat poteſt repetere & ſi lucratur non tenetur reſtituere debet tamen pauperibus errogare & idem dicit de illo qui cum infirmus eſſet cauſa recreationis modicum luſit dum tamen alium inuitum n̄ cōpulerit Et ſecundum hanc diſtinctionem dicit Hoſti.iura et opiniones ſupradictas poſſe ad conſonantiam reduci ar.ad hanc di.xiiii.q.v.non ſane extra de ſymo.dilectus primo.ff.ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicat̄ .l.i.§ cum arietes.c.ad.l.iuliam de vi.publica uel priuata quoniā multa et .ff.ad.l.acquileam.l.ſi ex plagis.§ tabernarius Alexander vero de ales in quarto in tractatu reſtitutionum dicit ꝙ aleatores niſi fraudem imiſceāt in ludis ſuis non tenentur de ſtricto iure ad reſtitutionē pactū iteruenit inter partes ꝙ vtriqꝫ parti placet et obligatio conditi. ¶ Vnde ſecundum pactum illud et obligationem condicti ne ille qui amiſit poteſt repetere qui lucratus eſt tenetur reſtituere et quia antiqua iura iubent illud reſtitui et concedunt actionem repetendi magis uidetur eſſe ciuilis ſatiſfactio et pena pro peccato q̄ obligatio ad reſtitutionem non eſt enim honeſtū huiuſmodi lucrum nec honeſta occupatio in talibus ymmo ſepe multum damnoſa efficitur rei publice cum actione ludi diſtrahātur poſſeſſiones et exheredentur ſucceſſores et poſteri ¶ Vnde et iuſtinianus dicit ꝙ alearum vſus pdit in lacrimas ūde ad cohabitationē mali ſequentis data ē illa lex de aleatoribus ſic in foro penitentionali iniungit ſepe ſatiſfactio pecuniaria non ſolum eis qui lucrati ſunt ſed etiam eis qui āmiſerunt ut reprimatur inhoneſta occupatio et malum ſubſequens ¶ Scotus uero in quarto di. .xv.dicit ꝙ illa lex vltima de aleatoribus que permittit repeti perditum in ludo reſtitui ligat ſolum illos qui uiuendo pollicite ſubſunt legi iperiali qui forte nulli ſunt hodie quia vbi lex illa.ſ.iperialis conſueuit habere locum municipia preiudicant iperialibus vt patet in ytalia et ce.

¶ De reſtitutione notarioꝝ

Quid de notario qui dampnificat aliquem ꝓpter eius iperitiam Rñdet dominus Io.de pla.inſti.de obli.que ex quaſi male. na. in pri.ꝙ tenet ad itereē partis ut.l.fi.c.de magiſtratibus cōueniēdis

hinc ē ꝙ tenetur iura ſcire. ſaltem ad eius offitium ſpectantibus ut a con/
tractibus illicitis ſe abſtineant ut notat glo.in.l.generali.c.de tabula.i.
.x. ¶ Quid de notariis facientibus inſtrumenta vſuraria uide uſura.x.§
.i.in tractatu de vſuris domini fratris Franciſci de platea & iſra §.xxiii.
¶ Quid ſi faciat falſum inſtrumentum dic ꝙ multo magis punit ut inſti.
de publicis iudiciis §.Item lex cornelia de falſis vbi imponit pena mortis
ſeruo & deportationis & publicationis bonorum libero homini q ſcienter
falſum teſtimonium vel inſtrumentū ſcripſit ſignauerit recitauerit uel ſi/
gnum adulterinū īpoſuerit vbi de plura pulcra ꝑ dominum Io.& in.l.a/
pertiores.c.exac.tri.li.x.vbi dicit ꝙ exactores tributorum tenent̄ ſcribere
nomen ſoluentis menſem diem & q̄tum ſoluitur ex qua cauſa ut.l.i.C.de
apo.publicis aliter incurrunt magnum dampnum & manus amputationē
vt in auctentica de man.prin.§coges colla.iii.& eadem pena punit̄ etiam
notarius ſcribens contractus alienationis ꝓhibite ut in auctentica de ꝓ/
hi.feu.alie.ꝑ fede.C.iperialem§ſcriba vero colla.quarta ¶ Quid de aliis
artificibus cuiuſcūq; artificii aſſerentibus ſe peritos in arte ſua Reſpon
det idem inſti.de obli.que ex quaſi male na.ꝙ tenentur ſi aliquē ignorā
tia ledant.l.ſi§.ii.&.ii.ff.ſi me.fal.mo.di.& notat glo.in.l.ſi quis fundum
§celſus.ff.locati & co.

¶ De reſtitutione medicoꝝ

SEquitur de reſtitutione medicoꝝ unde dicit tex.inſti.ad.l.acqui.
§preterea ſi medicus Qꝛ medicus curam egri derelinquens vel ma
le ſecans egꝝ eſt in culpa & iō acquilea tenet̄ ad reſtitutionem
aliter extimationem ſ̄m q̄ti plurimi valuit infra annū concor.l.qua actio/
onem§ſi cum.l.ſe.ff.ad.l.acquileam Et nota ſ̄m Io.de pla.in dicto.c.pre/
terea ſi medicus ꝙ culpa cōmittit ante factū non ꝓuidendo & ipſo facto
ut male ſecando & poſt factum ut derelinq̄ndo egꝝ ut dicto§preterea &
notat glo.in.l.idem iuris.ff.ad.l.acquileā Vnde nota ſ̄m eūdē ꝙ medicus
derelinquendo curā egri eſt ī culpa ſaltem leui vel leuiſſima ſ̄m ꝙ īfirmuſ
erat in conualeſcentia et ſic derelinquendo videt̄ prebere cauſam mortis
et ideo punit̄ Si aūt medicus gratis curabat dicit glo.ī dicta.l.idem iuris
ꝙ tenet̄ de culpa leui ad ſimilitudinem geſtoꝝ negotioꝝ Item nota ſ̄m
eundem ꝙ īperitia medici ānumerat̄ culpe vt dicto§ preterea et.l.ſi quis
fundus§celſus locati et.ff.de re.iu.c.non eſt ſine culpa et ibi glo.i.q.i.c.
nō eſt putāda in ſi.xxix.di.c.ſi.de eta.et quali.c.ad aures de homicidio.c.
tua et hoc veꝝ in medico et iudice et quocnuq; artifice aſſerente ſe pitum
in arte ſua quia tenet̄ nō ſolum de dolo & lata culpa ſed etiā de īperitia
et ideo medicus īperitus tenet̄ de ſua īperitia vt in iuribus allegatis et.l.
illicitas §ſicuti.ff.de offi.preſi.qa īperitus medicus reputat̄ ꝓ nō medico
ut notat in.l.ꝙ nolit§mancipium.ff.de edilicio edicto et fauore publice
vtilitatis medicus ſemel approbatus poteſt reprobari ſi non eſt ſuffiCiēs
.l.ſed et reprobari.ff.de excu.tu.Similiter eo ipſo ꝙ locat ſe ꝓ iudice et

aſſeſſore videt̃ aſſerere ſe pitum et ideo tenet̃ vt.l.ſi iudex.ff.de uariis et extra or.cog.et notat glo.in.l.ii.ff.ꝙ quiſque iure quinimo rõne aſſerẽte pito lata culpa equi parat̃ dolo ut.l.ad cõmentarienſem.ff.de cuſto.reoꝝ

¶Quid de medicis qui gratia lucri ꝓcellant morbos ĩfirmis de quibus dicẽdum ꝙ abſq̃ dubio ad reſtitutionem tenentur quia ſi medicus bonorum fortune.i.iudex et aduocatus ex ꝓtelatione litis tenet̃ ad reſtitutionem petendo ſuperfluas dilationes multo magis ꝓtelans infirmitatem in detrimentum corporis infirmantis & ce. ¶Quid de medico imperito Reſpondet Hoſti.in ſum.de penitentia §quibus ver. ¶Tenetur etiam iudex ꝙ medicus imperitus tenet̃ ad reſtitutionem de eta.& quali.c.ad aures & his q talem ſcienter eligit de culpa ipſius tenetur de offitio Archi.c.ea.que Itẽ idem Hoſti.in ſum.in ti.de homi.§pe.ver.Ideo licet dicit ſic ideo licet medico imputet̃ culpa ante factum puta quia ĩtromittit ſe de medicina cum ſit ydiota & de culpa in ipſo facto puta quia licet diſcretus ſit in arte non tamen ſequit̃ traditiones artis ſed capitaneam uoluntatem & culpa poſt factum puta quia peritus erat etiã tradictiones artis ſequit̃ ſed nõ adhibet diligentiã circa cuſtodiã ĩfirmi ſi tamen neq̃ ante factũ neq̃ in facto neq̃ poſt factũ in culpa deprehendat̃ nõ imputatur ei ſi infirmus aliter fatuitate ſua vel auaritia vel caſu fortuitu moriat̃ Recurrat ergo qlibet medicus ad conſcientiã ſuã ut ſupra de eta.& quali.c.ad aures & de homi.tua.ff.de offi.preſi.l.illicitas §ſicuti.ff.ad.l.acqleã.l.idem iuris & inſti.ad.l.acqleã §i.iperitiam ſed in hoc caſu ꝓpter graue ſcandalum ĩterdicet̃ ei executio q̃uis nihil deliquerit de homi.c.ex litteris ¶Eſt etiã conſiliũ Gof.ꝙ ꝓmoti & maxime ꝓmouendi ad ſacros ordines ab opere practicali & potiſſime cirugico quod inciſionem & aduſtionem requirit abſtineãt ne extra necle.uel mo.c.ſententiã de homi.c.tua nos cum in nullo vacillare debeat cõſcientia ꝓmouendi.xxxiii.di.layci hec Hoſti.

## ¶De reſtitutione acqſitoꝝ p litigiũ & ce.

QVero an mala acquiſita p litigiũ ſubiaceãt reſtitutioni & primo quid de accuſatoribus criminum Rñdet ¶Hoſti.in ti.de penitẽtia §quibus ver.quid de denuntiatoribus ꝙ ſi calumpnioſe hoc fecerint tenent̃ ad reſtitutionem dãpni ¶Itẽ tenẽt penitentiã agere ſi ex odio ad hoc ꝓcedant quia ex caritate debent talia ꝓcedere.xxiii.q.v.prodeſt.xxi.q.v.c.non uos in.c.ſi peccauerint.v.q.iii.c.i ¶Item ſm Monal.crimẽ cõcuſſionis committit & tenet̃ ad reſtitutionem qui pecunia accepta deſiſtit ab accuſatione in ſum.in tractatu reſtitutionũ uel qui accepit pecuniã ut accuſaret tenet̃ ad reſtitutionem ei ĩ cuius ĩiuriã uel ei qui dedit quãdo non turpiter dedit.i.q.iii.iubemus & ce.

## ¶De reſtitutione iudicis

QVid de iudice qui dolo ſeu ĩprudentia ideſt ignorãtiã ſua ĩiquã ſententiam tulit ¶Rñdet Monal.ꝙ tnet̃ ad totum intereſſe illi q ex tali ſententia leſus eſt niſi poſſit ĩducere illũ ꝑ quo ſentẽtiã

tulit ad plenam ſatiſfactionem leſo.C. de pena iu.qui ma iudi.l. vltima & ſa.q.tertia quatuor & ſm leges multas alias penas debet ſuſtinere debet etiã et tenet ,ppter iprudentiam reſtituere leſo ſm leges ad arbitriũ boni viri iudicantis.ff.de uariis et extra or.cog.l.vltima et inſti. de obli. que et quaſi male naſcunt in pricipio ꝙ intelligit dominus Io.de platea verꝫ niſi pars appellauerit et ſuccubuerit quia tunc non tenet .l.a ,p conſulibus.C.de appellationibus in iuditio anime tenetur quia fuit in culpa cum ſciuit vel uere debuit ſe inſufficientẽ & tamẽ talem cauſam pſumpſit ſed hoc uidet quibuſdam q̃tum ad iudices delegatos ad minus quibus delegantur cauſe ſcienter a papa ,p eo ꝙ ſunt boni uiri licet iure ignari non enim uidet ꝙ iſti teneant ſi ferunt iniquã ſententiã dum tamen hoc faciãt bona fide & de conſilio peritoꝝ aliter bene tenent ſi in requirendo conſilium fuerunt negligentes aut culpabiles Itẽ dicit Hoſti.vbi ſupra ver. tenet etiam vbi ſic dicit tenent etiam iudices uel aſſeſſores qui ſe ſciebat i peritum & ſe de iudicio intromittit inſti.de obli.que ex quaſi male.naſcunt .ii.Rubri.& ce. ¶ Quid ſi ſufficiens eſt ad ſcientiã ſi vellet libros reuoluere & ſtudere ſed quia negligens eſt & non vult ſtudere ita ꝙ quẽ debuit condempnare abſoluit uel econuerſo ¶ Rñdet Monal.vbi ſupra ꝙ tenetur ſi obmittit aliquid de contingentibus dando operam rei illicite mitius tamen agendum eſt cũ iſto q̃ cum illo qui dolo fecit ¶ Sed quid ſi recipit pecuniam ut inique iudicet ¶ Reſpondet ꝙ tunc tenet reſtituere ñ tamen ei qui turpiter dedit ſed ei i cuius iniuriam accepit.i.q.i.iubemus & ar.xvii.q.quarta ſi quis in atrio.ff.de calump.l.generaliter § aliud idẽ Alexander de ales qui de hoc tractat in tertio in tractatu iudicialiũ preceptoꝝ ¶ Sed quid ſi accepit pecuniam ut bene iudicaret aut ſimpliciter ut iudicaret ¶ Rñdet monal.vbi ſupra ꝙ cum ex offitio ſuo teneatur iudicare bene & gratis turpiter accepit & crimen concuſſionis committit ¶ Crimen enim concuſſionis eſt cum quis in offitio conſtitutus extorquet aliquid p metum a ſubditis aut quando non vult facere ad ꝙ tenetur niſi pecunia ſibi data aut cum aliquis officialis aut miles vltra ſibi conſtituta ſtipendia extorquet contra illud Eſtote contenti ſtipendiis veſtris & tenentur predicti ad reſtitutionem ¶ Idem Hoſti.ſimiliter ſi accipit pecuniam ut non iudicaret uel ut non male iudicaret.i.q.i.iubemus ſa.q.iii.licet.xiiii.q.v. non ſane extra de ſymo.nemo &.c.dilectus & primo & tenetur reſtituere illi qui dedit ſi bona intentione dedit ſcilicet ut ius & equitatem ſibi ſeruaret ut dicto.c.ſane &.c.dilectus Si uero dedit ut animum iudicis ſibi mala intentione inclinaret non illi ſed pauperibus vel illi in cuius iiuriam data fuit talis pecunia reſtituenda eſt ut dicto.c.non ſane et ce Item tenet iudex de litis extimatione ei qui per eius negligentiam leſus eſt quando nullo modo noluit ſententiã ferre.xxiii.q.ſa dominus et.q.v.adminiſtratores ¶ Item ſi iudex p iprudentiam aſſeſſoris male iudicauit ignoranter erit excuſatus et erit culpa aſſeſſoris qui propter ſciẽtiam precipue eligi

debet.ff.ꝙ quiſq; iuris.l.ii. Item Ho ti.ſi iſte aſſeſſor ab omnibus iuſtus et peritus credebatur et ipſe tenet Item tenet offitialis qui habet certos redditus aſſignatos quicquid a litigatoribus extorquent .lxxxvi.di. non ſane.xxiii.q.i.militare Secus tamen ſi non habet ſtipendiū ſibi aſſignatū .xiiii.q.v.non ſane & ce. ¶Quid de officialibus iudicum qui incitant iudicem ad iniuſte iudicandum ex certa ſcientia & contra conſcientiam Rndet Hoſti.ubi ſupra ꝙ tenent ad reſtitutionem ¶Quid de iudicibus & aliis ſecularibus adminiſtratoribus qui negligunt facere iuſtitiā & defendere oppreſſos eccleſiaſticos viduas & pupillos dic ꝙ ipſo iure ſunt excommunicati poſt tertiam monitionē nec poſſunt abſolui niſi prius de dampno ſatiſfaciant ut dicit tex.iuncta glo.in c. adminiſtratores .xxiii.q.v. vide ſupra § centeſimū quadrageſimūſextum ¶Quid de iudice qui obmittit condempnationē expenſaꝝ Rn̄det Io.de platea in.l.obſeruare.c. de decurio.li.x.ꝙ tenetur de ſuo refundere eas parti.l. ꝓperandū §ſin autem alterutra c de iudiciis & in glo.& in dicta.l.obſeruare ꝙ itelligē ſi fuerunt petite aliter imperi.cauſa negligentie ſcilicet partis non petentis & iudicis non cōdempnatis melior eſt cauſa conuenienti.l.ſi ſeruum §ſequitur in fi.ff.de uerboꝝ obli.poteſt tamen cōdempnare ſi vult licet non ſit petitum cum hoc emergat poſt litem cōteſtatā & ſic ad eius offitium expectet.l.ediles §ſciendum de edilicio edicto & ce ¶Quid de iudicibus facientibus baratrias dic ꝙ debent puniri.l.iulia repetendarum ut inſtitutis de publicis iudiciis §ſunt preterea ubi vide plene per dominum Io.de pla.

¶De reſtitutione aduocatoꝝ

Quid ſi aducatus fuerit in culpa quia non erat ydoneus puta erat de perſonis ꝓhibitis aduocare ut religioſus uel in ſacris ¶Rn̄det Hoſti.in ſum.ti.de penitentia § abſq; aliter quibus ver.quid de aduocatis qui in hoc caſu non credit ꝙ teneat ad reſtitutionem illi a quo accepit ſallarium ſi aliter diligenter offitium ſuūm exequat nec in culpa ſit āmiſſionis cauſe ſed aliter eſt ei iniungendum ut illud expendat i piaſ cauſas & ſubueniatur peccatori orationibus & ſuffragiis eccleſie & illorū qui elymoſinam recipiūt ar.xiiii.q.v. non ſane.xii.q.ꝑa gloria epiſcopi &.c.aurum & ce. ¶Sed quid ſi recipit īmoderatum ſalariū Rn̄det idem vbi ſupra ꝙ ad plus tenetur reſtituere illi a quo plus extorſit et ce.

¶Quid ſi per ignorantiam uel negligentiam clientulus ſuus āmiſit litem ¶Rn̄det idem vbi ſupra ꝙ tenetur reſtituere ſalarium et dampnū ꝙ ad hoc clientulus ſuus incurrit ar.ff.ad.l.acquileam.l.idem iuris et de eta.et qua. c ad aures ¶Item ſi per cauillationem abſtulit aduerſario ſuo bonā cauſā uel ipſam grauauit vel in aliquo petendo dilationem ſuperfluam uel allegando falſa contra conſcientiam faciendo poſitionem duplicem uel cauiloſam uel per inſtructionem falſi teſtis uel quia induxit clientulum ſuū ad ueritatem negandam tenet in ſolidū quo ad ueꝝ intereſſe concor. Monal.

in ſum. in tractatu reſtitutionū ¶ Itē tenēt aduocati de dampnis contingentibus eoꝝ dolo et fraude puta quando voluit impedire adminiſtrationem alicuius tutoris faciunt eum accuſari de ſuſpecto ſcientes ꝙ lite conteſtata in cauſa ſuſpitionis imediate interdicitur tutori adminiſtratio aliter ut. ff. de ſolu. l. ꝙ ſi forte et inſti. quibus modis tute. fi. § deſinunt ¶ Item tenentur ad reſtitutionem parti aduerſe de omni dampno illi aduocati qui iſtruunt clienticulos ſuos negare ueritatem et falſum reſpondere de qbus ut dicit gloſa in. c. i. de confeſſi. li. vi. et. quīquageſima di. ſepe qui etiam dicit ꝙ ſolent aduocati dicere clientulo ſi hoc confiteris perdes cauſam nec dicunt perdes animam ſi negaueris perdes extra de ſymo. c. matheus Item qui petunt ſuperfluas dilationes & terminos de quibus dicitur p glo. in. c. ſtatutum § ſi de reſcriptis li. vi. vbi dicit̄ conſueuerunt aduocati ſua doloſitate & imperitia neſcientes aliter partes iuuare dilationes iuris petere ad teſtes ultra marinos uel extra ꝓuintiam ꝓducendos. iii. q. tertia ſpaciū ¶ Vnde poteſt iudex ſi de malicia preſumit ſcilicet ut fieret cauſa ꝓtellādi negotium ſacramentum exigere ſed ſi iurabatur uidebatur danda dilatio Conſueuerunt iudices & aliter ꝓuidere ſecundū formam decretalis de fideiuſſo. conſtitutis ſcilicet ibi committere receptionem recepta cautiōe ab illo ꝙ vadat uel mittat ad uidendum illos iurare ſuper quo vide ꝙ ibi notatur hoc puto melius ꝓuiſum p hanc litteram Si enim dicet pars habeo teſtes ultra marinos & iudex reſpondebit paratus ſum illos citare & expectare depone ſallarium ꝓ expenſis teſtis in eundo ueniendo ſtando ꝙ ſi facere nolit cauſam non differt iudex ¶ Quid de illis aduocatis qui ſecuntur doctrinam Sathane poſitam a Specu. in ti. de aduocato § cōſeq̄nter & § ſequitur & § utriuſqȝ ubi deſcribit cautelas quas debent habere aduocati tam actori quam rei & quam utriuſqȝ partis licet in fine dicat ꝙ hec doctrina ſalutem anime non informat ymmo ſicut dicit pſalmus qui malinantur exterminabunt̄ Vnde dicit conſulo ꝙ cōpereat ī termino fideliter & ſe viribus & non fraudibus tueatur tamen primo dat doctrinam dicenſ ꝙ aduocatus actoris habeat aſtutiam ſerpentis ne alterius inſidiis ſupplātetur. vi. q. i. ex merito in fi. xviii. q. i. ſi cupis ymmo potius habeat vulpinam ſimplicitatem oſtendat enim ſe ſimplicem & ſic aduerſarius eiuſ eum minus uerebitur & contra eum paꝝ ſibi ꝓuidebit ſi enim eum aſtutū extimaret ſolicitus eſſet ad vulpiculam capiendam extra de pugna. cano. īter ſollicitudines. i. Rubri. Iuxta illud da occaſionē ſapienti & ſapientior erit. xxiii. q. tertia uide in fine ¶ Item ſit cautus tāq̄ inops ſpalium ſemper ſtet in generalibus ut ſic ſimplicitas pretendat̄ nec eius intentio cognoſcatur. ff. de iure fiſci. l. ita & ce. ¶ Item utatur & ambiguis & duplicibuſ ſermonibus tanq̄ ꝓprioꝝ ignarus ut poſſit ad diuerſos trahi ſenſus. xxxvii. di. relatum ille enim dixit Reginam interficere bonum eſt timere nolite & ſi omnes conſenſerint ego non contradico hec enim uerba poſſunt et ad malum retorqueri intellectū et tunc accipientur uerba ꝓ eo et eius ſtabit̄

intentioni et interpretationi.ff.de iudiciis.l.ſi qs ambigua.ff.de uerboꝝ obli.l.inter ſtipulantem§i. ¶Item caueat ne alleget publice legem ꝓ eo expreſſe facientem ſ eam iudici cum neceſſitas fuerit ad aurẽ dicat et p eã ipſum informet ne aduerſarius contra illam ſeſe ualeat reſponſionibus premunire quia nihil tam indubitatus eſt ꝙ non decipiat q̃dam ſollicitã dubitationem in auctentica de tabellio§ſi uero colla.quarta ¶Item cautus ſit ut aliquid coram iudice reuocet in dubium et ſuper hoc faciat iudicem ꝓ eo interloqui ne reus eum poſtea ualeat recuſare In cauſa crimi nali caũtus ꝓcedat debet enim aduocatus accuſatoris cõmendare pſonam ĩ quã crimen dicitur eſſe cõmiſſum ar.ff.de re mi.l.omnes§i.& equaliter & qualiter poteſtates debent eſſe ſpeculum ſucceſſoribus.C.de priua.car.l.i.& qualiter facilitas venie in centinũ tribuit delinquendi.C.ut dericoꝝ de vita & honeſta.cle. ¶Quãtum autem ad aduocatum rei dicit ꝙ ĩ primis offitium eius eſt cauſam extenuare fugere & differre in auctentica de liti gio§omnẽ colla.octaua ſic tamen fugiat ne contra eum ex nimia fuga iudex preſumat.iii.q.nona decernimus ¶Item die termini non cõpareat mane ſed ſinat aduerſarium preuenire & tam diu expectare donec tedio affectus recedat & tunc ueniat uel ſaltẽ vltima hora diei iudice ꝓ tribunali ſedente quia tota dies ea cedit niſi dictũ ſit ut hora certa cõpareat inſti.de verboꝝ obli§iudicem & ſi uiderit aduerſariũ abſentem poteſt tempeſtiue uenire & eum iudici accuſare & priuſq̃ uenerit recedere tamen actore recedente uel ultima parte diei venerit premiſſa de mora qualitercunqꝫ excuſatione oſtendet ſe uoluntarie cõparere & paratum in cauſa ꝓcedere & de dilatione dolere ut ſic iudici placeat & non ꝓuocet ¶Si uero actor inſtet ſedeat aduocatus rei & taceat & ſe dormire fingat ſicut ſagaces ſepe faciunt aduocati Et cũ iudex dixerit ei reſponde obiectis tunc lente et pigre ſurget quaſi excitatus a ſompno et ſuplicet iudici ꝓ audientia benignã deinde inuicem commendat et q̃tum poterit blandiatᷣ ei et ce. ¶Item ſit cautus ut ſi ſperet ſententiam contra ſe ferri non ad ſit eo tempore quo fertᷣ ad quid autem teneantur tales falſi et cauiloſi aduocati ex dictis ĩ precedenti§cõprehendi poteſt ¶Item ſit cautus ut a conſpectu iudicis ſine aduocato actoris non diſcedat ne ille aliquid in eius abſentia proponat quod iudicem mouere poſſit

## ¶De reſtitutione teſtiũ

QVid de teſtibus corruptis ¶Rñdet Hoſti.vbi ſupra ꝙ ſi ꝑ dictũ ipſorum falſum aliqua partium ãmiſerit cauſam ſuam tenẽtur ad reſtitutionem faciendam ei qui damnificatus eſt ar.xvii.q.quarta ſi quis in atrio.ff.de calũp.l.generaliter§illud.i.q.i.iubemus ¶Si autem recipit propter teſtimoniũ uerum ferendum tenetᷣ hoc pauperibus erogare nã et uenalia teſtimonia ſicut et iudicia uenalia prohibentᷣ q̃uis teſtis ex penſas ſuas moderatas recipere poſſit concor.Monal.ĩ ſum.in ꝯo reſtitutio et in uerbo teſtis dicens ꝙ teſtis falſum dicens preter penã falſi tenetᷣ

in iudicio anime ad omne intereſſe parti quã ſuo teſtamẽto leſit ar.ex.de teſti.ſicut & Ricar.in quarto di.xv.dicit ꝙ teſti nõ licet uendere teſtimoniũ quia qu libet interrogatus loco & tempore tenet̃ teſtimoniũ ueritati ꝓhibere aliter eſt ſymoniacus ſi recipit aliquid ꝓ ueritate dicenda Sed aduocatus poteſt uendere patrocinũ ſuum & iuriſperitus conſilium quando a iudice uel a curia non recipiũt ſalarium ſuum ꝓ quo ad iſta adhibẽda teneant̃ nec poteſt dici ꝙ iſti uendant iuſtitiam & ueritatem ſed laborẽ ſuum & ſollicitudinem Alexan.uero dicit ꝙ ſolum eſt ſymonia facere teſtimonium ꝓ pecunia in cauſis eccleſiaſticis in aliis uero graue peccatum ¶ Vtrũ teſtis poſſit recipere ſumptus neceſſarios Rñdet Alexan.de ales in tertio tractatu iudicialium p̃ceptorum ꝙ aliud eſt ꝓ teſtificatione munus accipere aliud ſumptus neceſſarios pcipere Primum enim nephas eſt & priuatio ueritatis unde.lxvi.Si ſpes muneris ſubtrahitur confeſtim a cõfeſſione iudice recedunt vnde dicit̃ de iuſto qui excutit manus ſuas ab oĩ munere ille in excecelſis habitat idem de iudice.xiiii.q.v.non ſane Vnde Beda ſuper Marcum Abiit iudas ad ſummos ſacerdotes & conſtituerũt illi pecuniam dare dicit Cũ ꝓ muneribus falſum cõtra q̃mlibet teſtimoniũ dñt ꝙ qa ꝓfecto ueritatẽ ꝓ pecũa negauit dñm ꝓ pecũa vẽdidit Ipſe enĩ dixit Ego ſum veritas & ce. ¶ Secundum uero licitum eſt.ſ.ſumptus neceſſarios precipue in predicto caſu cum oportet ad locum remotum ꝓ teſtamento ferendo ꝓcedere nemo enim tenet̃ propriis ſnmptibus militare & ideo dicitur in decretis quarta.q.iii.c.venturis & ſᷓa.q.tertia non licet p quos fuerint poſtulati ſumptus cõpetentes miniſtrentur etiã ſi in pecuniaria cauſa ſint teſtes ab altera parte ꝓducendi ſumptus dico in eũdo ſtando & redeundo.C.de teſtibus.l.quoniam & notat glo.in.c.ſtatutum §ſi.de reſcriptis.l.vi.imo ne dum ſumptus ſed etiam mercedem dierũ quibus ſtetit occupatus pro teſtimonio reddẽdo & ãmiſit operas ſuas debet habere ut notat Ia.butrigarius in.l.ſi quando.C.de teſtibus vbi dicit nõ oportet pro alienis cõmodis ſuas inuenire difficultates Sed cui reddet teſtis pecuniam quam accepit ut teſtimoniũ ferret ¶ Rñdet Monal.ſecundum quoſdam non reſtitui ei qui dedit quia uidet̃ teſtem corrumpere voluiſſe ar.ff.de condic.ob turpem cauſam.l.ſᷓa & alii dicunt contra.ſi non dedit eo animo ut teſtem corrumperet ſed ut ſibi iuſtitiam obſeruetur ar.xiiii.q.v.non ſane extra de ſymonia dilectus ¶ Vtrũ teſtis qui noluit maniſeſtare veritatem propter ꝙ pars dampnum incurrit teneat̃ ad reſtitutionem vide ubi ſupra §xl.

¶ De extorquentiũ elymoſinas per mendacium vel ypocriſim

VTrum qui ſimulatione religionis aliquid acquirit ſicut facit ypocrita teneatur ad reſtitutionem Rñdet Alexan.de ales in quarto ĩ tractatu reſtitutionũ ꝙ ſic & rõ huius ẽ ꝙ ille q dat aliq̃d ypocrite quem extimat bonum & religioſum non dat ꝓ ſe loquendo ypocrite

ſed interpretatum uiro religioſo Vnde non traſfertur dominiū rei date ad ypocritam unde ypocrita non eſt poſſeſſor iuſtus rei date ſed uſurpatiue & inuito domino ergo rei aliene contractor eſt ꝓpter ꝙ tenetur ad reſtitutionem ¶ Non obſtat ꝙ ille cui confert prebenda ab epiſcopo qui creditur eſſe bonum licet non ſit non teneat ad reſtitutionem quia Rūdit idem ꝙ non eſt ſimile quia licet ille qui confert illi prebēdam credat illū eſſe caſtum tamen ille cui confert fraudem nullam committit ꝓpter quam illi confertur quia non ſimulat ſe caſtum tali intentione Vnde licet ingrediens ſit malus ut puta fornicator licitus eſt ingreſſus in prebendā unde non tenetur reſtituere ſed acquirens aliquid per ypocriſim tenet quia ingrediens eſt uitioſus & uitioſus ingreſſus quia fraude & dolo īgreditur ſed ſi ingrederet ꝓpter fornicationem ſicut ſi epiſcopus matrē uel ſororē clerici cognoſceret & ob hoc ei daret tenet clericus reſignare cognita ueritate & ce. ¶ Vtꝝ ſi diues mentiendo ſe pauperem acquirat aliquid teneatur ad reſtitutionem Reſpondet idem Alexan. ubi ſupra ꝙ tenetur ad reſtitutionem eius qui per ſimulationem acquiſiuit ſed non tenet reſtituere ei a quo accepit quia ille meritum habet apud deum qui dedit intuitu pietatis & paupertatis ſed tenet dare pauperibus quibus ille dediſſet ſi nō erraſſet ſi conſtet illi qui ſunt Non obſtat de Iacob qui ſubſtulit primogenita Eſau qui fraudulenter quia Rūdet idem Alex. ubi ſupra ꝙ nō fuit iſta fraudulentia ſonans in malum licuit eīi Iacob ſubripere primogēita Eſau tāq̄ uiolento poſſeſſori quia dominus contulerat primogenita Iacob ꝙ intellexit yſaac confirmando benedictionē dicens & eris benedictus & ce. ¶ Quid de medicantibus ualidis q̄ fingunt ſe infirmos & ſicut dicit gloſa in. l. i. de mendi. ua. li. xi. poſſunt fingere cum herbis & aliis medicamentis deformitate mēbroꝝ & egritudines corpoꝝ ¶ Rūdet dominus Io. de pla. ꝙ inſpicienda eſt conditio eoꝝ ut ſi eis fuerit corpoꝝ integritas & annoꝝ robuſtas eoꝝ inertia ſine ulla miſeratione puniant hoc modo ut ſi fuerint ſerui ſubduntur dominio accuſatoris ſi uero liberi efficiūtur eius coloni aſſcripticii & hoc quando fingunt infirmitatem ſed quando ē ualidus & nullam fingit infirmitatem tunc ſi eſt forenſis expellitur & ad ſuas remittitur partes ſi autem ē. de urbe debet cōpelli ad opera & artes et exercitia publica operanda ut dicta. l. ſ. a et in auctentica de queſtione § ſi uero iuris colla. ſexta nā ut dicit ibi glo. cum ſint robuſti et ſani auferunt panem uere debilibus et infirmis et per conſequens tenent ad reſtitutionem Eſurienti enim panis uiriliter tollitur ut eius īhertia cohibeat .v. q. v. non omnis et ut dicit glo. ſuper Math. iuſtius feceris ſi iniuſte petentem correxeris q̄ ſi ei quid dederis Vnde de conditionibus elymoſine ē glo. lxxxvi. di. non ſatis et in. c. quieſcamus. xlii. di ¶ Similiter puniuntur hoſpitalarii ſancti Io. qui mittunt laycos et illitteratos pro queſtis et falſi queſtuarii ut in. c. tuaꝝ extra de priui. ubi dicit tex. ueꝝ quia priuilegiū meret amittere q̄ ꝑmiſſa ſibi abutit poteſtate fraternitati tue mādamus

quatenus ſi quos clericos aut laycos a dictis fratribus pro colligendis eli
moſinis cruce falſe ſignatos inueneris his a quibus ipſos miſſos eſſe con/
ſtiterit ꝑ totam ꝓuintiam tuam exhortationis offitium interdicas ſi laici
fuerint excommunicationis mucrone ꝓcellas ſi clerici ab offitio bn̄fitioq̄
ſuſpendas nullo ꝓrſus priuilegii beneſitio vel apoſtolico remedio preua/
lente Et i cle. de peni. & remiſ. dicit̄ abuſionibus quas nōnulli elymoſinaꝝ
queſtores in ſuis ꝓponunt p̄dicationibus ut ſimplices decipiāt & aurum
ſubtili uel fallaci potius ingenii extorqueant ab eiſdem in animaꝝ ꝑcedat
periculum & ſcandalū plurimoꝝ viam ꝓut eſt poſſibile precludere capiē
tes iuxta ſtatutum conſilii generalis duximus ꝓhibendū diſtricte ne que
ſtores aliqui niſi apoſtolicas uel dyoceſani epiſcopi litteras exhibuerint
quomodo licet admittantur nec permittantur cum ſolum ipſis cōputat
indulgentias ſibi conceſſas i ſinuare populo & caritatiua ſubſidia poſtula
re ſimpliciter ab eodem populo nullatenus ipſi populo predicare nec ali/
malum eſt maxime intentione detrahendi uel cum tenetur celare ſicut eſt in eo quod fuit detectum per confeſſionem ſacramentalem uel quod eſt tectum per ſecreti obligationem niſi fortius uinculum ſuperueniat in omnibus autem his cautela maxima eſt adhibenda ne reueletur malum cui non eſt reuelandum uel quo ordine non eſt reuelandum & ita de aliis poteſt enim error uel libido defacili admiſceri. Et per hec poteſt patere ꝙ ex una quaq; parte obiectum eſt ¶ Reuelare enim malū alterius rōne detrahendi uel ex leuitate ſine impetu cū ē occultandum malū eſt Et ſm̄ hoc intelligitur illud ecc.xxvii.denudare amici miſteria ē deſperatio aīe in felici Item ꝓuer. Qui ambulat fraudulenter reuelat archana qui autē fidelis eſt celat amici cōmiſſū Reuelare tn̄ ē ī caū bonum ſicut cū ſeruatᷣ ordo correctionis Caritatiue de qua mat.xviii. ſi peccauerit inter frater tuus & cetera ¶ Vel cum interuenit preceptum ſuperioris in his que pertinēt ad ſuum officium cum autem ſit denudatio ei eiudem fieri ad cautelam nocumenti ꝙ poteſt accedere ut ſiquis machinetur montem alicuius uel uirginis deflorationem unde dicitur in decretis Qui poteſt deturbare peruerſos & non facit nihil aliud eſt q̄ fouere in pietati eorum Nec caret ſcrupulo ſocietatis occulte qui manifeſto facinori deſinit obuiare Et auguſ. Qui deſinit obuiare cum poſſit conſentit item leuitici.v.ſi peccauerit anima audierit uocē iurantis teſtiſq; fuerit quod aut ipſe uidit aut conſcius eſt niſi indacauerit portabit iniquitatem ſuam ¶ Quero quot modis fiat detracta. Rn̄dit aſten.in ſū.li.ii.ti.xv.ꝙ multipliciter quia qn̄q; fit uerbis planis quādoq; uerbis artificioſis.i.artificioſe excogitatis ſiue cantilenis quandoq; nutibus & ſignis quandoq; etiam inſcriptis qui dicuntur libelli famoſi ut cum quis ſcribit cartam in Iniuriam & famiā alterius & prohicit occulte in eccleſiā uel in platea uel domo inuenta & lecta alius in fametur & talis mortaliter peccat Et contra confectores talium libellorum nec non & contra inuenientes eos & non ſtatim deſtruentes ſed doloſe manifeſtantes pene grauiſſime ſunt inſtitute tam ſecundum leges q̄ ſecundum canones ut flagellatio & excōmunicatio ſecundū canones v.q.v. Qui in alterius &.c.hi qui & ſi conſtet quis fecerit poteſt accuſari & deponi cū ſit graue peccatū & accuſatione digniſſimū & con dēptione xxv.di.ſiquis famoſū in foro aut penitentie tenetur ad reſtitutionē dampni dati ſi tamē aliter ſine huius infamationē n̄ incurriſſet illud dampnum tenetur etiam ad reſtitutionem fame ſi forte alius eſt propter hoc īfamatus quod fiet hoc mō.ſ.vbi publice dixit uerbis uel ꝑ cātelenā uel per ſe uel per alium uel etiam ubi ꝓiecit libellum famoſū nec non & in aliis locis ubi intelligit illum contra quem acta ſunt infamatum hoc eſt occaſione ſui dicti uel facti uel ſigni publice & ſimpliciter.recognoſcat culpa per ſe ſi audet per alium ſi non audet & ꝓdeſſe remoueat uel ſaltē alleuiet infamiam Tenetur etiam ſecū cōponere de iniuria & humiliter ueniā poſtulare in propria perſona ſi audet per aliū ſi non audet qui per

ſe poſtulet tacito ſuo nomine probatur hoc xiiii.q.vi.ſi rem v.q.ii.Qui/
dam hic Ray.Si tamen homo ille qui infamauit ex recognitionis erroris
ſui magis infamare infamatū non dicat ego in tali facto infamaueram talē
ſed dicat ſic ego infamaueram talem de eo de quo eſt inter uos diffama/
tus bn̄ ſcitis ē illud ſciatis ꝙ ego tanꝗ maliciosus & malus hoc ad inueni
& mendatium eſt quidam quicquid dixi non dicat dixi falſum ſed men/
datium quia cōtra mentē dicebat proximū infamando & tamen uerū po
teſt eſſe ꝙ dicebat ¶Sed quid ſi de diuerſis īfamatur & adiuerſis tūc ē
neceſſe ꝙ ſpecificentur Reſpondit hoſti.ꝙ faciat hoc ad arbitrium infa/
mati ſed ſi grauiter arbitraretur ad arbitrium iudicis deberet ſe purgare
ar.extra de iur.iuran.c.ueniēs &.c. Quitaualis & dicto ar.c.ii.hic hoſti.
¶Non ergo ſanum conſilium ꝓ confeſſoribus ut quando aliquis infamauit
publice aliquem perſuadeat ei ut tacito nomīe eius ſi infamatus ignorat
eum uellit ꝙ confeſſor uadit ad infamatum & arbitrio eius fiat reſtituti/
o & cetera Quero quid ſi aliquis non inpoſuit crimen ī publico ſed mur
murat in diſcrete cum alio uel alicui coram multis narrat tamē non tāꝗ
ſibi certum ſed ſic ſe audiuiſſe nunquid tenetur reſtituere reſpondit ſco.
ubi ſupra rara fides ideo quia multi multa locuntur Et ideo dicens ſe au/
diſſe nihil exemplo dicendi oſtendat aliquam maiorem certitudinem ꝗ.
ex cōmuni relatione non aufert ex natura actus de opinione illorum ali
orū famam iſti.quia & ſi illi firmiter concipiant illum de quo eſt ſermo cri
minoſum eſſe leues ſunt quia qui cito credit leuis in corde prouer.uerum
tamen quia a ſcandalo puſillorum oportet cauere iuxta illud pau.pe.co.
ſi proximum ſcandalizarem non manducabo carnes ineternum Et ideo
multi ſunt tales puſilli leues ad credendum malum ideo periculoſum eſt
coram eis talia audita ex relatu eis inferre & hoc ſi fiat animo ledendi illū
de quo eſt ſermo non eſt facille excuſare ꝙ non ſit contra caritatem Et ꝑ
conſequens mortalem peccatum ſi autem faciat coram talibus ex in conſi
deratione durum eſt ꝙ non exeat genus peccati uenialis quia lingua in
lubrico poſita eſt Et qui non offendit uerbo hic perfectus ē uir.ſecundū
Iacobum concor.landulfus in iii.di.xv.Qui dicit ꝙ qui dicit ſe aliquid
audiuiſſe de tali non tenetur reſtituere niſi ſic dicendo ille notā infamie
incurriſſet quia tunc tenetur ſe dicere falſum audiuiſſe & ſic minus cau
te locutum fuiſſe concor.aſten.in ſū.li.v.ti.xxix. ¶Quero an accuſatus
negans uerum crimen ꝙ non poteſt in publico probari peccat mortaliter
reſpōdit ſco ī iiii.di.xv.q.iiii.uidetur ꝙ ſic quia mentitur mendatio per
nitioſe rei publice que impeditur ab eius inpunitione iuſta & nocet accu
ſanti qui incurrit notam de calumpnia reſpondeo iuſte ꝙ iuſtum eſt exe
queris ut dicitur de utrio nimi Non ergo debet res publica omnia mala
punire ſed que cum hoc ſunt punienda poteſt illa poteſtas iuſte punire
Alia autem ſunt que coram iudice rei publice non poſſit ſufficienter
probari & ideo non leditur res publica ſi diuinū iudiciū excedat iudiciū

eius ut illa reſeruetur iuditio diuino ſuper que nō poteſt eſſe iuſtum iudi tium rei publice quia homo uidet ea que patent dn̄s autē intuetur cor. p.cor.xii.Et in hoc patet ſolucio ar.de preiuditio rei publice Et cum di citur ꝙ eſt perniciosū contra caritatem proximi qui eū accuſauit dico ꝙ n̄ ſed i pſe eſt ſibi perniciosus quia non eo modo proponit quo deberet pro ponere ymmo deberet nō ꝑponere & i putet ſibi ſi qua infamia ſequitur quia ipſe eſt cauſa. non autem eſt negans quia defendit in nocentiam in publico ubi.ſ.in publico non eſt nocens nec habendus pro nocente donec fuerit coniunctus ſed remanet difficultas ſi peccat mentiendo per ſe duꝝ uidetur ꝙ quilibet accuſatus in publico ab uno ſtati teneatur de neceſſi tate ſalutis in publico ab uno cōfiteri Et ſic ſtatim exponere ſe periculo & in iuditio ſanguinis ſed etiam habendo occulum non tantum ad penā ſed ad honeſtatem & in honeſtum non apparet ꝙ ille honeſte & ſecun dum rectam rationem debeat confiteri coram tali iuditio quia ipſe pluſq̄ qcūq; alius ſingularis accuſās auffert ſibi ipſius famā quia cōfitenti cōtra ſe in iuditio creditur Quid ergo danda eſt reſponſio Iuriſtarum.nego. narrata prout narrantur & propoſita ꝑut proponūtur & hoc qdē ſine mē datio poſſunt dici in propoſito quia proponūtur in publico & ut publi ca & publice probanda ſic ea negare poteſt quis ſi ſcit ea non poſſe pro bari in publico ꝙ ſi iudex urgeat eum ut confiteatur propoſitum uel ut publice neget reſpondere poteſt ꝙ i pſe rn̄dit ſufficienter ad accuſationē & ſic eſt modus iure ꝑiter rn̄dere nec ab illa reſponſione uult declinare faciet iudex ex accuſante quid iuris eſt contor.landulfus in iiii.di.xv.

¶ Sed nunquid ſi neget intendens tamen negare ut propoſitum eſt.ſ. ut publicum ſicut facit ſacerdos de ſibi confeſſo dicēs nihil mali ſcio iſtū feciſſe quia loquitur ut publico audiuit autem eum in priuato Nunquid iſte tenetur qui ſic negauit de iſta negatione penitere reſpondit ſco.ub ſupra q.iiii.Qꝛ bonarum mentium eſt etiam ibi culpam cognoſcere ubi culpa non eſt di.v.ad cuius & in titulatur . gre.multo ergo magis ubi dubitatur an ſit culpa & qualis culpa bone mentis eſt culpam agnoſ cere Et ideo in tali caſu tutum eſt poſt talem negationem penitere in di ſtincte tanq̄ de tali quale eſt ut puta ſub tali diſtinctione ſi mortale eſt tanq̄ de mortali ſi ueniale tanq̄ de ueniali utrum ſatiſfaciendum ſit de tractoribus & quibus modis fieri poteſt cum dicat gre.ꝙ uocandi ſunt detractores & tranquille ad monendi eiſq; ſatiſfacere omnibus modis de bemus ſcientes ꝙ de iudeis ueritas dicit ne forte ſcādalizemus eos reſpō dit Alex de ales in ſecundo tractatu de uitio detractionis Qꝛ ſatiſfacio accipitur.duobus modis Vno modo eſt in remedium proprii peccati A lio modo eſt i cautelam alieni quando eſt in remediū proprii peccati nō oportet iuſto ſatiſfacere peccatori qui detrahit Qui uero eſt in cautellā peccati alieni oportet ſatiſfacere & excidere cauſam ſcandali ſecundum ꝙ ſcandalum eſt dictum uel factum minus rectū prebens occaſionē ruine

ſi uero nõ omnino poteſt ſubtrahi occaſio in ipſius detrahẽtibus faciendũ eſt ſecundum conſilium evangelii dixit enim dominus dicenti ſibi ſcis ꝙ audito hoc uerbo ſcandalizati ſunt iudei ſi inter illos ceci ſunt & duces cecorum & cetera.

¶De reſtitutione qua unus ꝓ alio tenetur.

QVero an pater teneatur ex contractu filii facto cum extraneo ſi eſt uerſum in utilitatẽ patris Reſpondit Io.de platea inſti.ꝙ cũ eo.§ in rem autem ꝙ ſic quantum ẽ uerſũ in utilitatem patris un de ſi totũ eſt uerſum in utilitatem patris in ſolidum tenetur pater Si ꝓ parte tenetur Et ideo quando conuertitur in rem neceſſariam patri pater tenetur puta ſi recipit pecuniam mutuo pro ſoluendo creditori paterno nota uel putatiuo ut.l.iii.§ i rem.ff.de in rem uerſo uel ut rem patris uel domini ruentem reparet ¶Secus ſi domum ex honorauit expenſi uolun tariis quia non dicitur uerſum niſi ex mandatu domini fecerit ſed pater tenetur dimittere auferi ſi ſine leſione domus auferri poſſit ut dicta.l.iii. §ſi mutua ¶Item tenetur pater ſi recipit frumentũ adalimoniam familie patris uel ueſtimenta compauit pro familia patris uel proſe ſecundum conſuetudinem pãtris.ſ.ſecundum modum quo pater conſueuit eum ĩ du ere ut dicto § in rem autem etiam ſi illlud frumentum emptum & repoſi tum in horreum patris corruptũ ſit ꝙ ſufficit ꝙ utiliter emit ut dicta.l. iii.§ idem labeo uel filius mutuã peccuniã accepit prodoctanda filia ſua uel ſorore quatenus minus pro filia uel ne pte daturus ſit & creditor hoc animo mutuauit ut patris negotium gerreret ut.ff.de in rem uerſo.l.ani mo §ſi.cum.l.ſe de hac materia uide per eundẽ inſti.de actio § in per ſonã ¶Quid ſi filius uel ſeruus decepit creditorem aſſerendo ſe uelle uer tere in utilitatem patris uel domini nec conuertuntur Reſpondit idem Io.ꝙ non tenetur pater uel dñs etiam ſi ſeruus uel filius ſic accipiens fu erit conſuetus conuertere ut.ff.de in rem uerſo alias ꝙ cum eo.l.ꝙ ſi ſer uus § ſed ſi ſic accepit nec caliditas & malitia filii uel ſerui nocere patri uel domino non debet ¶Quid ſi mutuaui frumentum patri uel marito exquo nutriuit filios uel uxorem dicti uxor & filii in ſubſidiũ teneantur quaſi in eorum utilitatem uerſum ſit reſpondit idem ubi ſupra ꝙ nõ ſed barto.tenet contrarium in.l.cum is per illum tex.ff.de condi inde.Quid ſi mutuaui.x.filio familias in rem patris conuertendã & ipſe luſit dein de reuicit & in rem patris conuertit an inde mihi teneatur pater de re re ſpondit idem ubi ſupra ꝙ non quia glo.in.l.minor xxv.annis filio fami lias.ff.de mio.quaſi ex noua acquiſitione non ex mutuo dicatur facta uer ſio pro quo facit lex ¶Quid ergo.ff.de dona.inter uirum & uxorẽ hoc uerũ dicit barto.in dicta.l.minor ſi in alio ludo ex interuallo dicit alias uicit ſecus ſi in continenti ĩ eodẽ ludo ar.l.pleriq;.ff.de utu.ipe.& cetera

¶Quero an pater teneatur pro filio condẽpnato in iuditio ſoluere condẽ p nationẽ de ſua ligitima Rñdit Io.inſti.de obli.que ex quaſi contractu §

filius ꝙ non ut eſt caſus in.l.ſi condempnatus.ff.de noxalibus actio ui/
detur etiam per eundem inſti.per quas perſonas nobis acquiritur §fili/
us & cetera ¶ Sed quid ſi pater conſentit ī decurionatum filii dic ꝙ tenet
ꝓ eo in ſolidum de indempnitate rei publice & ipſius patris heredes fa
cta tamen prius excuſatione de ipſo filio principali debitore.l.i.de de/
curionibus li.x.& dicunt decuriones ſecundum Io.i.conſiliarii qui habēt
deliberare cum prioribus cuiuſcunqꝫ ciuitatibus.l.i.ff.de decretis ab or
dine faciendis & ceteta ¶ Quid ſi filius non uertit in utilitatem patris
ſed habet peculium ipſe filius nunquid pater tenetur de peculio Rndit
idem inſti.Quod cum eo§ preterea ꝙ ſic deducto tamen prius ꝙ patri de
beret.l.ſed ſi dampni § peculium.ff.de peculi.& hoc intelligitur de pro
fecticio ſimiliter tenetur pater ex maleſitio filii de peculio quando pe
culium eſt locupletatum per ipſum maleficium puta per furtum factum
a filio.l.licet § ex cauſa furtiua.ff.de condi.fur.Quid de mercatoribus
& aliis artificibus qui preponuut inſtitores ſuis apotecis an ex eis con
tractibus teneantur reſpondit idem ubi ſupra§inſtitoria ꝙ ſic ſi contra
ctus nomine domini facti ſunt & maxime quando in eorum utilitate eſt
uerſum ut.l.quicunqꝫ§i.& ii.ff.de inſtito.ii.li.iii.eo.ti.unde ſi ſcribat in
libro ꝙ apud menſam ſui domini Titius habet centum in depoſito tenet
dominus ¶ Quero an dominus & pater teneatur ex contractu geſto ꝑ
ſeruum & filium eorum iuſſu reſpondit idem ubi ſupra §i.& fr. ꝙ ſic ut
.l.i.ff.ꝙ iuſſu nam pater & dominus uidentur contrahere cum per alium
contrahunt nt in regula iuris qui per alium facit & contrahentur ſimili
ter uidetur contrahere cum preponente quando contrahunt cum prepoſi
to ut.l.ſi inſtitorem .ff.ſi certum peta.idem in exercitare naues idem quā
do uerſum eſt in utilitatem aliquorum iſtoꝝ.l.i.in prin.ff.in rem uerſo.
¶ Quid de fideiuſſore an principalis teneatur ei ad reſtitutionem eius ꝙ
pro eo ſoluit reſpondit Io.de platea ꝙ ſic inſti.de fideiuſſo§ ſi quis aut
per illum tex.¶ Sed nunquid fideiuſſor poteſt ſoluere ſponte & non ex
pectare ꝙ fiat ſibi mandatū Reſpondit idē ubi ſupra ꝙ ſic ꝓut dicit glo.
in dicto§ſi quis autē nā tenetur agnoſcere bonam fidē.l.idemqꝫ §fide
iuſſores .ff.mandati Sed quid ſi iudex per iniuriam aliquem condēpnā
uit an poſſit agere mandati reſpondit idem ꝙ non ſi non appellauit.l.ſi
ꝓea in fi.c.mandati Quero an fideiuſſor poſſit repetere uſuras a debito
re quās pro eo ſoluit reſpondit Io.an.in q.mercuriali in regula dāpnum
ꝙ quis ſua culpa ſentit libro vi.ꝓ cuius intelligentia dictus landul.po
nit plures concluſiones extractas ex Io.an.¶ Prima concluſio non repe
tit debitorē a debitore fideiuſſor uſuras quas ſoluit creditori nec aliud
indebite ſolutum ſi obligationē fideiuſſoris debitor ignorauit.l.ſiquis
§de nego.geſto.¶ Secunda non repetit fideiuſſor a debitore ſciente &
contradicente uſuras ſuo ſolutas creditori nec etiam ſortem uel quicquid
aliud utiliter inpenſum.ff.manda.l.ſi ꝓ te &.l.ſi remunerāda§ſi paſſus

.c.de nego.geſto.l.ſi.plus eſt eni cōtradicere q̄ non cōſentire ut in.c. Si cut tuis de ſymo.& in.c. petrus de homi.Fatuus enim fuit in gerendo ne gotia debitoris eo in uitio Tertia concluſio niſi repetit debitore ſciente & paciente ſed non mandāte obligationem ſideiuſſor uſuras uel ī debitū ſolutas uel ſolutum creditori quia ſibi imputet in hoc quia ſe obtulit ad ſoluendum in debitum ar.c.Bona fides de depoſito &.ff.ea.l.i.ſi repetit tamen ſortem & debitum quod ſoluit .c.mandati.l.ſideiuſſor & .ff.man da.l.ſi remunerandi § ſi paſſus. ¶ Quarta cōcluſio nō repetit a debito re ſciente & paciente mandante ipſum obligari tantū ꝓ ſorte ſideiuſſor ſoluens uſuras tū quia fines mandati exceſſit ut.ff.mandati.l.diligēter tū quia ad illas obligatus nō erat ut.ff.de ſideiuſſoribus.l.ſideiuſſor & .c.eo.l.ſideiuſſor ¶ Quinta cōcluſio nō repetit ſideiuſſor uſuras a debitore ſciente & mandante ipſum in omnem cauſam uel ſimpliciter obligari ſi ue ſide iubere generaliter quia in generali mandato non includitur ꝙ ſe obliget ad in debitum.ſ.ad uſuras de quo etiam in ſpecie uериſimiliter non mādaſſet.ff.de condi.inde.l.ſi procura.&.c.ſi.de officio uica.li.vi. &.c.generali de re.iu.li.vi.Sexta concluſio non repetit a debitore ſciente & mandante pro uſuris ſide iuberi ipſe ſideiuſſor ſoluens uſuras ſi non iurauit creditori uel interfuiſſet debitoris propter pignora data uel aliā cauſam & hoc in foro iudiciali ſed in foro conſcie ſecundum theologos te netur debitor ſideiuſſorem ſeruare in dempnem Septima concluſio ꝙ re petit ſideiuſſor uſuras a debitore ſciente & mandante ipſum pro uſuris ſub nomine ſortis incluſis ut eſt moris obligari ſiue ſide iubere quando iuſte credere potuit illas eē de ſorte puta quando mutuabat creditor de cem duc.& dixit in inſtrumēto de xx.pro quibus ſideiuſſor ſe obligauit quando iuſte credere potuit illos eſſe de ſorte extra de preſump.c.quia uerіſimiliter.ff.de proba.l.cū ī debito Et ſic ītelligit Io.an.decretalē ſe cundam de ſideiuſſoribus ¶ Octaua concluſio ꝙ ſideiuſſor repetit uſuras ſolutas a debitore ſciente & mandante pro uſuris ſidem iuberi ſi iurauit illas ſoluere & hec ē cōis opinio quia ratiōe iuramēti non poteſt ſideiuſ ſor recipere contra caritatem alias creditorem uſuras petentem in.c.debi tores de iur.iuran.licet quidā dicant hoc uerum ſi non potuit petere obſo lutionē a iuramento per decretalem.i.de iure iurando & ita ſentit hoſti. in ſuma de ſideiuſſo.ff.ad quid ſideiuſſor & ſpecu.in ti.de ſideiuſ.§ i.uer ¶ Sed quid de ſideiuſſore alii dixerunt ꝙ neutro caſu a debitore repetit li cet bene a creditore cui ſoluit ſed primam approbat Io.an.reſpondens ad ſecundam ꝙ licet ſideiuſſor teneatur excipere nō tamen eſt iure exp̄ſ ſum ꝙ teneatur agere Item ſideiuſſor poteſt obmittere exceptionem in honeſtam ex perſona ſua.ff.mandati.l.idem § generaliter & bene facit ut .ff.eo.l.quintus mutius alias incipit ſub uſuris ubi dicitur ꝙ bene facit ſideiuſſor pcens pudori ſuo ſoluendo uſuras quas promiſit licet in ſti pulatione n̄ uenerit & illas repetit Si ergo poteſt obmittere exceptionē

multo magis actionem ſi talis exceptio generaret opinionem ſuam peſ-
ſit enim a uulgaribus de fide fractione notari de iur. iurando. c. tua ꝙ ſi-
bi non expedit ut alias cum ipſe indiguerit inueniant creditores habet
ergo fideiuſſor actionem ſoluendi uel abſolutiouem petendi a iuramẽto
Ad tertiam opinionem reſpondit ſimiliter ꝙ habet opinionem licite re-
petendi a debitore ex quo licite ſoluit forte enim ex ſecratur litem cum
creditore ꝙ eſt cõmendabile de uerbo ſigni. c. ii. li. vi. ff. de alie. iudi. l. Itẽ
ſi Et ſic bene concor. Io. an. l. quintus mutius qui uidebatur obſtare pre
terea nihil precipuum haberet fideiuſſor qui ſine culpa ſoluit ad alium
qui fuit in culpa ¶ Nona concluſio repetit adebitore ſciente & mandan
te nominatim pro uſuris fidem iuberi ipſe fideiuſſor uſuras creditori ſo-
lutas & ſi non iurauit creditori illas ſoluere ſed ipſe fideiuſſori debitor
indempnitatem iurauit uel etiam ſi dictam indempnitatem non iurauit
dũmodo alias propter pignora data uel aliam cauſam debitori fuerit ex
pediẽs uſuras ſolui ut. ff. mãdati. l. ſi qs pro ea & ſic legit hoſti. decretalẽ
peruenit de fideiuſſoribus ¶ Decima concluſio ꝙ omni caſu quo poteſt
adebitore fideiuſſor uſuras repetere debet ĩtelligi ſi non interuenit fraus
perſone ad primam. ſ. perſone ſe conſtituentis fideiuſſorem ut facit quã
doq; unus uſurarius ut alter lucretur ut notat de priui. c. quarto & in. c.
ſignificante de pigno. per Io. an. ¶ Vndecima concluſio ꝙ omni caſu quo
fideiuſſor a debitore uſuras repetere nequit illas repetet a creditore cui
ſoluit. ff. mandati. l. ſi fideiuſſor § in omnibus ſecundum Io. an. Quid de
illo qui eximit uel corporaliter ſubtrahit uel arripit uel alio modo fuge
re facit debitorem detentum tam pro debito fiſci q̃ priuati reſpondit Io.
de platea in libro quociens exac. tributo. l. x. ꝙ tenetur illud totum ꝙ ille
debebat fiſco uel priuato ut dicit tex. in dicta. l. quociens Quid de occul
tante officialem tempore ſcindicatus uel eius officialis reſpondit idem
ubi ſupra ꝙ tenetur in quadruplum ſecundum bal. l. iii. c. de aſſeſſo

¶ Quero utrum uxor teneatur ſi maritus male adminiſtret officium pub
licum dic ꝙ non tex. ẽ ĩ libro uxorem. c. de decurio. li. x. nam regula eſt. ꝙ
uxor non teneatur pro marito. l. ob maritorum. c. ne uxor pro marito &
econuerſo maritus non tenetur pro uxore niſi quando nutrix ſecundo nu
pſit non reddita ratione nec prouiſo pupillo de tutore. l. ii. c. in qui. caſ
pignus tu. contrahitur ¶ Quid de uxore que fecit furtum ante matri-
monium uel etiam poſt per ſe uel cum uiro Et quid ſi uir ſolus furatus ẽ
aliquid & participauit cõſentiẽdo uel comedẽdio uoluntarie uel in ute
nunquid licebit uxori de rebus cõmunibus ſibi & uiro ſatiſſacere eo in
uito dampnificatis Reſpondit monal. in ſuma in tractatu reſtitutionum
in uerbo reſtitutio furti facienda eſt ꝙ ubi de conſuetudine regionis uir
& uxor cõmunicant ſibi debita & credita ex cõtractu uel maleficio ſi res
furtiua q̃ mulier ſubripuit ante matrimonium uel poſt matrimonium ſo
la uel cum uiro uel quia uir ſolus ſubripuit ante matrimonium uel poſt

& ſtat ad huc in eorum poteſtate dicendum ꝙ poteſt illam rem reſti tuere uero domino eius contra dicente marito Si autem conſūpta eſt uel ſi uir ſolus furatus ē & ſi mulier participauit conſentiendo uel comeden do ſpontanea uel in uita poteſt uxor ſi uir non contradicat negotium mariti gerendo & ſe ipſam liberando extimationem rei conſūpta reſtitu ere uero domino latentere de cōmnibus bonis ſi aliter nō poteſt nec erit furtum quia non eſt fraudulenta reſtitutio nec contractio nec animo lu cri faciendi prohibente autem uiro non eſt facienda huius reſtitutio ſecū dum quoſdā cum ipſa nō habeat rerum adminiſtrationem de rebus cōmu nibus ſed maritus ſi tamen in hoc caſu faceret reſtitutionem de rebus cō munibus bona fide latentur non eſt dicendum ꝙ eſſet ei preſentia in iū gēda q̄ſi ꝓ mortali aut ꝙ peccaret mortaliter xiiii.q.vi.c.ſi. ¶Quero an notarii conficientes inſtrumenta uſuraria teneantur ad reſtitutionem Re ſpondit ale.de alexan.ꝙ cartarii qui ſolum ſtant pro illis qui uolunt reci pere mutuū ab uſurario non tenentur qui uero ꝓ arte & lucro uſurarii te nentur Si tamen ſic ſunt coopati adhoc ꝙ abſqꝫ eorum cooperatione illa uſuraria preſtatio non eſſet facta inter precipuos autem coopatores cen ſendi ſunt principes qui in fauorem uſurariorum cogunt redeli uſuras aut equorum in debito fauore potentius uſuras exercent Notarii uero qui ſci enter faciunt cartas debito uſurarum ac ſi ſit debitum ligitimum & abſqꝫ uſura tenetur reddere uſuram acceptam quia eorum inſtrumentum eſt ef ficaciter coopatiuū adhoc ut uſurario ſoluatur uſura Si uero in nota uel inſtrumento facto eſt expreſſa mentio de uſura tunc non tenetur quia tunc non coopatur niſi ubi eſſet conſuetudo per talia inſtrumenta cogere debitores ad ſoluēdos uſuras uſurariis concor. Giral. obdonenſis uide ar chi.in.c. ſiquis obligatus xiiii.q.iiii.c.ſicut non ſuo.lxvi.di. Et Io.de lig nano in.c.ſuper eo de uſuris Quid ſi filia dotetur in fraudem creditorū reſpondit Io.de platea inſti.de actio.§.uſuris ꝙ talis dos reuocatur a cre ditoribus & gener tenetur eis reſtitutionem.ff. Que in frau.creditorū .l.ſi.§.i..c.eo.l.ii. ¶Quid de uiro qui accepit filiam raptoris uel uſura rii in uxorem uide ſupra §i ¶Quid de ſepelientibus uſurarios uide in uerbo exco.&.§.Quid de inſtrumentis uſurariorum reſpondit Girar.ob donenſis ꝙ ſi abſqꝫ omni inductione tradunt eoꝝ pecuniam ad uſuram nec poſt modum cohactiue exigunt eam non tenentur ſecundum quoſdā reſtituere niſi ſolum illa que ſibi de uſuris retinuiſſent illi uero qui per iuditia & litigia coactiuā eas exigunt tenentur quia iſta efficaciter coop antur primi ſunt ſolum quaſi uſura inter media ita ꝙ abſqꝫ ipſis ille uſure fierent & darentur quidam tamen diſtinguunt de inſtrumentis quia qui dam ſunt ad utilitatem officii uſurarii deſtinati ita ꝙ apud eos reſidet q̄ principalis auctoritas domini ſui & iſtos dicunt teneri quidam uero ſūt ad ſolum actualem & manualem tributionem mancipati ita ꝙ ipſi non taxant pretium uſurarū ne cum eis contrahitur pactum de uſura quāuis

ipſis preſentibus & pecuniam tradentibus fiat Et tales nō tenentur teſti tuere propter cām predictā licet mortaliter peccent uide in u erbo uſura
¶ Quid de procuratore tutore & curatore reſpondit hoſti in ſuma. in ti. de uſuris § ſi. in fine & Goffre. eo. ti § item quid ſi quis & archi. in. c. ſicut non ſuo & an. de butrio in. c. michel extra de uſuris Et ita dicunt laurē. de pinu in prāctica ſeruari Et dicunt omnes predicti doctores ꝙ ſolum tenent in ſubſidium ad reſtitutionem uſurarum quas extorquerunt. i. qñ principalis non eſt ſoluendo alias non Inno. u ero in dicto. c. michel diſti ꝯte ꝙ tenentur monal. uero dicit ꝙ tenentur quando principalis non eſt ſoluendo uel non uult ſoluere uide infra uſura

## ¶ De reſtitutione edificantium

QVid de his qui edificant in ſolo ſuo cum dampno uicini puta quia procedit uenes putei uicini que tranſiunt per domum edifi cantis uel alterius tollit edificium uel obſuſcat luminibus uicini domū reſpondit glo. in regula iuris li. vi. locupletari non. debet aliquis cum alterius iniuria uel iactura dici ſolet cum facio aliquid in medio ex quo alii noceo aut inuito puta trabem in alienum parietem & tunc non licet ut. ff. ſi ſecundum uendice. l. ſi teſtatrix & l. alterius. c. de ſeruitu. ui de dicitur in pariete uero tuo ſi feneſtrā ui uel clam feciſſe cum uinciatur quis ſumptibus ſuis opus tollere & integrum parietem reſtituere compel litur & loquitur de eo qui feneſtrā facit ī pariete uicini ut l. in patres. c. de ſerui. ruſti. predio dicitur ꝙ permittitur quis aquam ducere de flumi ne publico ita demum ſi ſine alterius iniuria illud fiat & ff. de ſerui. ur. predio. l. ſi fiſtolam aut non inuito nec opus facio in alienum ſed in meo & tunc aut id de dolo facio ut noceam alteri & tūc prohibeor. ff. de aqua plu. ar. l. i. aut non facio dolo ſed ſolū eo propoſito ut mihi proſit licet ꝑ illud alteri noceam & nō prohibeor ut. ff. de aqua plu. ar. l. i § ideniqꝫ ubi dicitur deniqꝫ marcellus ait cum eo qui in fundo ſuo ut fodiens uicini fō tem auertit nihil poſſe agi ſi non animo nocendi uicino ſed ſuum agrum meliorem faciendi id facit Nam quis poteſt eleuare edificium ſuum uſqꝫ ad celum unde in dicta. l. alterius dicitur alterius quidem tollere edificia ſi domus ſeruitutem non debeat domus eius minime prohibetur concor. ī glo. in. c. cum eccleſia uulterana de electione in uerbo iniuriatum & in. c. ſpecialis de auctoritate & uſu palii que dicit ꝙ quis poteſt uti iure ſuo etiā ſi alteri nocendum modo non faciat animo nocendi ſed quando aliquis ſibi non prodeſt & alteri nocet non dēt quis audiri. l. in fundo. ff. de re. uendica. uide ſupra §

## ¶ De reſtitutione acceſſoris.

QVid ſi aliquis hedificat in alieno ſolo de ſua materia an domus terre teneatur ad reſtitutionem edificii uel hedificat in ſuo de aliena materia an teneatur ad reſtitutionem materie reſpondit idem Io. de platea inſti. de rerum diui § cum in ſuo per tex. & glo. ibi ꝙ

aut qs hedificat ĩ ſuo ſolo de aliena materia & habet locum ꝙ dicitur in dicto § cum in ſuo quia efficitur dominus edificii cum edificium cedit ſolo non autem efficitur dominus materie.ſ.tignorum & lapidum ymmo remanet dominus qui primo erat ſed licet remaneat dominus non tamen poteſt uendicare materiam puta tignū.i.ſuā trabē poſitā in hedificio Et ſi hedificans uellet tignū ex materie & ſibi reſtituere & ideo.ſine hedificium deformetur ruina ut dicto § cū in ſuo &.l.ii.c.de hedi priua.&.l.p ſes prouintie in ſcriptis.ff.de officio preſidi ſed hedificans tenetur ei ad extimationem tigni ut.ff.de tigno iiuncto.l.i.ſed ſi fecit ſcienter & mala fide tenetur furti non tamē tenetur eximere ſed extimationem preſtare q̄ tamē dominus tigni Iurauerit uel ſi uellit dominus expectare donec hedificiū ruat poterit poſtea ſuā materiā uendicare ſi eius extimationē fuerit conſecutus Et ſumitur hic tignū pro omni materia ex qua fit hedificium ut comprehendit trabes domus & uinee exquibus fiunt pergulata & tegulas domus.l.i.ff.de tigno iniuncto Aut quis hedificat in alieno ſolo de ſua materia & habet locum § ex diuerſo inſti.de rerum diui.§ quia domus Et hedifiium efficitur eius cuius eſt ſolum ſicut in precedenti caſu ſed dn̄ium materie perdit hedificans & ideo dirupto hedificio non poteſt materiam uendificare ſed ſi hedificans eſt in poſſeſſione hedificii & dominus ſoli petit ſolum & hedificiū ſi hedificās fuit continue male fidei nullam habet exceptionem nec remedium ad aliquod ſibi retinendum quia eſt in culpa ſcienter hedificando in ſolo alieno ideo donare uidetur ſi autem fuit continue bonefidei ſibi cōſulitur ope retentonis per exceptionem doli ut non teneatur reſtituere hedificium niſi domus ſoluat ſibi pretium materie & mercedem magiſtrorum Si autem fuit a principio bone fidei & tempore hedificii male fidei tunc eligitur quedam media uia ut dicit glo.in dicto § ex diuerſo.ſ.ꝙ poſſit tollere hedificium ſine diſpendio domini ſoli ut.l.iulianus ſcribit ſi in alienam.ff.de rey uē aut quis hedificat de aliena materia in alieno ſolo & habet locū.l.ii.de rei uenditione & ſimiliter dn̄s ſoli efficitur dominus hedificii ſed non materie ideo dirupto hedificio materia eius reuertitur ad priorē dn̄m ſiue bona fide ſiue male hedificiū fuerit conſtitutum ut dicta.l.ii.Sed interim poteſt agere contra dn̄m ſoli ad inſtar tigni iniuncti & etiam contra hedificantē.i.materiā alienā ſubripientē male fide & uno ſoluente alter liberatur ſicut tigno dicitur inſti.de re.diui.§ cū in ſuo & cetera ¶ Quid ſi quis plantet plantam in alieno ſolo reſpondit idem ubi ſupra § titius ꝙ ſiue quis plantet alienā plantā in ſuo ſiue ſua in aliena planta efficitur dn̄i poſtq̄ egit radices non ante & ideo non tenetur ad reſtitutionē arboris Itē arbor mea que ē ĩ cāpo meo uel ĩ cōfinio cāpi mei ſi agit radicē in fūdo tuo efficitur tua Et ſi cōmuniter in tuo & meo efficitur cōmunis qa arbor intelligitur eſſe illius ĩ cuius fūdo egit radices Et ſicut mutatione radicū de uno fundo ĩ alterū mutatur ĩ & dn̄m arboris ut dicto § ſi titius

&.ff.eo.l.ado § ſi. Et hoc ſi arbor uiuit & alter ex radicibus nouiter por-
rectis in campo tuo Si autē uiuit & alatur pro maiori parte exprimis ra
dicibus mei cāpi tunc remanet mea cū a meo cāpo traxit originem licet
poſtea aliquas radices egerit in campo tuo.l.Si plures § ſi.ff.arborum
furti ceſaꝝ & in glo.in dicto § ſi titius An propria auctoritate poſſum ī
cidere radices qua tua arbor egit in cāpo meo uel incidere propria aucto
ritate arborē q̄ tuā pendet ſuper domū meā dic ꝙ cū auctoritate iudicis
poſſum alias non ut dicta.l.ſi plures § penultimo niſi primo tibi denun
ciē ut tollas & eſt cōſilium ut de hac denunciatione fiat publicum inſtru
mentum & te negligente remouere poſſum & propria auctoritate incide
re non ſolum ꝙ ſuper excurrit domum manet ſed etiā a ſtirpe & mecū
ligna portare nemine prohibente.l.i § ſi arbor.ff.de arboribus cedendis
¶ Et ſimiliter edificatum in alieno ꝙ pendet ſupra meum nullo iure ſeruitu
non poſſum tollere propria auctoritate.l.quēadmodum § ſi protectum
.ff.ad.l.acquileam &.l.conclaue.ff.de dampno infecto niſi precedente di
cta denunciatione ut dicto § ſi arbor & cetera ¶ Quid autem ſi ſunt uel
due arbores unite in eodem ſtipite an appellabitur & una arbor uel plu
res reſpondit idem ubi ſupra dic ſi iunctura & coniunctio appet ſuper
certam cenſetur una alias cenſentur plures.l.ſi gemina.ff.arborum furti
ceſarum & ideo tunc puniatur dampno dato in duplici arbore extra for
ma.l.uel ſtatus ¶ Quid ſi ſeminaui in agro tuo frumentum meum re-
ſpondit idem inſti.de re diui § qua ratione ꝙ ſiue bona fide ſiue mala ef
ficitur tuum nam ſemen cedit ſolo poſtq̄ coluit ſed ſi ſeminaui bona fi
de ope retentionis ſi ſuum in poſſeſſione poſſum mihi conſulere ut non
permittam te tollere niſi ſoluas pretium & inpenſas ut dicto § qua rati
one & non ſolum ſata per alium cedunt ſolo ſed etiam ſemina & plante
que ex ſe naſcuntur diuina tamen natura coopante cedunt ſolo ut notat
glo.ff.eo.l. qua ratione § ſi. ¶ Quid autem ſi quis ſeminat alienum ſe
men in alieno ſolo uel planta alienam plantam in alieno ſolo quibus cā
ſibus etiam ſemen & planta cedunt ſolo contra quem agā an contra plā
tantem & ſeminantem an contra dominum ſoli dicit glo.in dicto § qua ra
tione ꝙ contra dominum ſoli unde uerſus ¶ Quicquid plantatur ſeritur
hedificatur omne ſolo cedit radices ſi tñ egit ¶ Quid ſi ſcripſi ī aliena
carta uel pixi ī aliena tabula rñdit idē inſti.de reꝝ diui § tenne ꝙ q̄litas
ſēp cedit ſubſtātie cum ſine ea eſſe nō poſſint unde ſcriptura ſemp ce-
dit carte & pictura tabule & ſic liquidum cedit arido tam in pictura q̄
ī carta.ff.de rei uendi.l.ii rem § xxxii.& id qui uel in ſcriptura & eā piſi
cat picture & ī dicto § littere uer.ſed neceſſe uer ī oibus fallit aut ī uno
caſu .ſ.qn qualitas ē ptioſior q̄ ipſa ſubſtātia quia tūc p pualētia q̄litas
trahit ad ſe ſubſtātiā quia tunc plus ē ī manus ope q̄ in materia.l.mulie
ris § pe.ff.de uerbo ſigni.& ideo ubicūq; ſcriptura ē ptipſior quā carta
cedit ſcripture & iō cū hodie ſcriptura coiter ſit ptiſior carta dēt cedere

ſcripture ut tenuit glo.ff.ea.l.qua ratione § littere licet tenuerit cōpposi
tum inſti.de re.diui.§ littere Similiter ubicunq; pictura eſt pretioſior ta
bula trahit ad ſe tabulā ꝑpter ꝑualentiā ſecus ſi nō eſt precioſior q̄ ſit
quedā pictura rudis & īformis iō notāter dicit ī dicto § littere facit mē
tionem de nobiliſſima pictura & de uili tabula ſed remota hac preualen
tia quia ſcriptura uel pictura ſit paris uel minoris precii cum carta & ta
bula tunc ſemꝑ cedit carte & tabule uel ut ſue ſubſtātie & ꝙ dixit de ꝑ
ualentia intellige de ꝑualentia cōi nō ſingulari quia talē ſingularitatē
conſiderauit legiſlator puta ꝙ quis faciat ſibi ſcribere litteras aureis
quod coīter non fit unde licet tūc ſcriptura ꝑualet & ſit precioſior carte
tn̄ quia ē ſigularis nihilominus cedit carte ut dicto § littere in principio.
Item attēde ꝙ aliud eſt in pictura rei immobilis puta muri quia tunc pi
ctura licet ſit precioſior ſemper cedit muro ut tenet glo.ī dicto § littere
ille ergo qui ſcripſit in carta aliena ſcienter & male fide nullo iure pōt ſi
bi conſulere ꝙ extimatione & ſolutione ſcripture nec ꝑ actionē ſi nō po
ſſidet nec ꝑ expectationē ſi poſſidet cū donaſſe uideatur inſti.de re.diui.
§ certe uer.ſcienti ſed qui ſcripſit in cartā aliena ignorāter & bona fide
putans cartā eſſe ſuā ſi poſſidet cartā ſcriptam poteſt ſe tueri exceptione
contra domium carte eā petentē denegādo ei reſtituere donec ſibi ſoluat
ꝑciū ſcripture ſed ſi ſcriptor non poſſidet cartā ſcriptā ſed dn̄s carte pōt
agere contra dn̄m carte actione facta ut dicit glo.in uerbo bona fides Et
ſic concludit ꝙ ſi ille qui ſcripſit bona fide in aliena carta credēs eſſe ſuā
poſſideat & tenetur dn̄s carte ei ſatiſfacere ꝓ ſcriptura ¶ Sed qd ſi bona
fide ſcripſiſti uel pinxiſti multū īformiter & uitupoſe in mea carta pul
cra uel tabula & ego nolo ſcripturā uel picturā turpiſſimā ſed extimatio
nē cartaꝝ uel tabule.an tenearis ſoluere.glo.in l.nō ſolū.ff.de rei uendi.
dicit ꝙ nō ſi fuit bona fidei poſſeſſor § ſicut autē.ff.de petitione heredi
tatis ubi dicitur ꝙ qs nō debet culpari de admiſtratione rei q̄ tenet ut
ſuā bona fide Et ſic nō debet teneri niſi in q̄tū eſt locupletior ſicut poſſ
eſſor hereditatis & conuentus condictione indebiti.l.in ſuma § pe.ff.de
condictione indebiti ¶ Quid ſi quis ex aliena materia uel ſua & ex aliena
fecit materiatū puta ex alienis aſſidibus fecit capſam rn̄dit idem inſti.de
re.diui.§ cū ex aliena ꝙ materia cedit materiato qn̄ tale materiatū non ē
reducibile ad primā materiā & ſic faciēs materiatū efficitur dn̄s materie
quia materia tunc nō dicitur quodāmō aſſumere nouā formā ſiue.ſpeciem
ex quo defacili eſt reducibilis ad primā materiā Ad hoc tn̄ ut materia ce
dat ſpeciei ſiue materiato ut ſic faciens materiatū efficiatur dominus mate
rie tria ſūt neceſſaria q̄ ponūtur ī glo.in dicto § cū in aliena.ſ.ꝙ faciens
ſpeciē ex aliena materia faciat bona fide & ſuo nōie & ꝙ n̄ ſit reducibilis
ad primā materiā qn̄ autē ſūt duo faciētes materiatū unus bona fide ali
us mala uel ſi ī diuerſis materiis uel ī una partim eſt hita bona fide ptī
mala dic ꝙ ī ea re & ꝓ ea pte ī qua cōcurrūt predicta tria efficit faciētis

materiatũ ĩ alia re & in alia ꝑte efficitur do\'nus matirie Item nõ ſolum pōt factam ſpeciem & materiatum ſpecificãs efficit do\'nus ſed etiã effici t ſi ſpecies eſt in fieri dũmõ rudis materie nomen exierat ut dicit glo. in dicto § cum ex aliena & ff. ea. l. adeo § cũ quis Itẽ nota ex dicto § cum ex aliena ibi fructum ad ſpicas reduci iuncta glo. in uerbo ſpicas ꝙ frumentũ cedit ſpecificatũ & ſic triturans bladum alienum bona fide putans ſuum efficit dominus grani & ſic ſm glo. corrigit . ff. ea. l. adeo § cum quis in fi. ubi dicitur ꝙ excuciens frumentum deſpicis nõ adicit nouã ſpeciem ſeu formam ſed q̃ erat latens detegit Item nota ꝙ licet faciens materiatum de aliena efficitur dñius materie quia non eſt equum aliquem locupletari cũm aliena materia tenet ad reſtitutionem materie ut dicit glo. ĩ dicto § cũ ex aliena in uerbo ſpicas Itẽ nota ꝙ appellatiōe materie ñ cõtinet materiatũ ꝙ ad ſui materiã nõ pōt reduci ut hic & l. q̃ſitũ § illud fortaſſe. ff. de lega. iii. & ſic uidet ꝙ ſi ſtatutũ ꝓhibet portare frumẽtũ extra diſtrictũ ſub certa penã ꝙ portãs fariñã nõ icidit in penã cũ farina ñ ſit reducibilis ad primã materiã ſed cõtrariũ determĩat ber. in dicto § illud fortaſſe quia appellatiōe frumẽti cõtinet farina donec ſit deducta ad defectũ finalẽ ad quẽ ẽ inuenta. i. donec fiet panis ar. l. ſicut lana. ff. de lega. iii. cõtrariũ tñ tenet gaudinus i. c. de rebus uetitis & albri. de roſate & ꝑte teſtatorũ. c. v. ¶ Quid ſiquis bona fide in texuit & ſuit ueſtimẽto ſuo manicam uel gyronem de aliena purpura r̃ndit idem inſti. de re. diui. § ſi tñ alienã ꝙ efficitur dominus illius purpure licet teneatur ad reſtitutionem ut ſupra § ꝓximo quia acceſſorium ſequetur naturam ſui pricipalis ut in. c. acceſſorium de regulis iuris li. vi. nec curatur an acceſſorium ſit maioris ualoris q̃ principale nam ſepe amittitur principale propter precioſitatem acceſſorii . l. i emptione. ff. de cõtrahenda emp. Et hec ꝙ nobilius accedat uiliori & eſt uerum q̃ñ ponitur loco acceſſorii Si autẽ uilius apponentur loco acceſſorii nobilioris ut ueſtimentũ groſſũ cauſa conſeruandi purpuram tunc ueſtimẽtum accedit purpure ſi autem neutrum appoitur gratia alterius nec neutrũ alteri accedit ut dicit glo. in dicto § ſi tñ alienã Item nota ꝙ licet dñs purpure intexte alieno ueſtimento amiſerit dñm tamen ſi doloſe & furtiue fuit ſibi ſubtracta uel ablata poteſt agere de conditiōe furtiua cõtra ſupripientẽ ut dicto § ſi tamen alienam maxime ſi talis ſupripiens erat ſartor qui fecit ueſtimentũ ut dicit glo. que allegatur coniuncta textui ꝙ q̃ñ totus pãnus ẽ poſitus in ueſtimẽto preſumitur ſubtractus a ſartore ꝙ notatur contra ſartores quia eſt preſũptio contra eoſdem & cetera ¶ Quid ſiquis confundat unam materiam propriã cum materia alterius reſpondit idem inſti. de re diui § duorum ꝙ confuſione queritur dominiũ & cõmixtione & ideo ſi uoluntate tua cõfundor & cõmiſcuero meum uinum cum tuo uel conflauero meum argentum cum tuo uel meum mel cum tuo ut fiat multum & ſic eſt ſpẽm perſe uel meum argentum cum tuo auro ut fiat electum uel etiã ſi predicta ſit

etiam conſlata caſu ſortuitu ſiue uolūtate dominorū ī oībus caibus iſtis cōfuſa & conflata efficiunt coīa & ſi cōfuſa & cōflata ſiue ſint eiuſdem materie ſiue diuerſe & ſiue confundantur uoluntate doiorum ſiue caſua liter efficiuntur cōmunia niſi ſeperari poſſint ut dicta glo. Secus autē ſi aliter dominorum uel extraneus ſine uoluntate alterius domini confun dat uel conflet rem ſuā cū aliena bona fide faciendo tertiam ſpeciē quia tunc non eſt coīs ſed efficitur propria ſpecificantis ut dicit glo. & cetera.

¶ de reſtitutione fructuum.

QUid de fructibus perceptis reſpondit idem inſti. de re. diui. § ſi quis autem a non domino ꝙ bone fidei poſſeſſor facit fructus i duſtriales ſuos ideo eos conſūptos reſtituere non tenetur Secus in male fidei poſſeſſore & ideo una cū glo. in. l. ex diuerſo. ff. de rei. ue. ꝙ nullus poſſeſſor facit fructus naturales ſuos. l. fructus. ff. de u. ſ. ideo eos extantes dominus uendicat a quocūqꝫ ſed de conſumptis non tenetur poſſeſſor bone fidei niſi in q̄tum eſt factus locupletior quia tunc tenet ex equitate legis ſi & me & titium. ff. ſi certum petatur induſtriales q exigunt induſtriam & miniſteriū hoīs ut ſegetes lac lana & ſimilia bone fidei poſſeſſor cum ti. & ſine titulo facit ſuos & eos lucratur propter in duſtriam & culturam ut non poſſit ab eo aduocari. l. poſtq̄ ſunt conſūp ti nec ad eorū precium tenetur ut dicto § ſi quis autē non domino & l. bone fidei. ff. eo. & l. certum. c. de rei uen. ſed non ſunt conſumpti & extāt tenetur reſtituere ut inſti. de officio iudicis § illorum ſed male fidei poſ ſeſſor ſi non habet titulum tenetur & de conſumptis & de extantibus. l. pe. c. de condi. ex. l. & de percipiendis dicto § illorū ſed ſi habet titulum ſi militer tenetur de conſumptis & extantibus ſed excuſatur a percipien dis propter titulum niſi in quatuor caſibus notatis in glo. in dicto § Si quis autem a non domino in quibus tenetur de percipiendis etiam ſi ha bet titulum puta ſi quis cōpulit aliquem per metum ſibi uendere Item ſi quis in fraudem creditorum Item in eo qui ſcienter emit contra prohi bitionem legis uel ſtatuti Item a & quarto in eo qui ſcienter emit a fiſco non ſolenpniter. l. i. c. ptus de fide inſtrumentorū li. x. ff. de rei. uendi. l. ſed & partus & c. eo. l. ſi fundum concor. monal. in ſuma in uerbo fructu um dicens fructuum & alii induſtriales ut frumentum uinum oleum & ſimilia alii naturales ut poma ficus & ſimilia fructus naturales non facit ſuos poſſeſſor etiā bone fidei unde tenetur reddere uniuerſos poſtq̄ ince pit habere conſcientiam rei aliene. ff. de uſuris. l. uſu. Item fructus debent qui ſuperſunt deductis expenſis que fiunt gratia fructuum querendo rum colligendorum & conſeruandoꝝ & habet locum tam in bone fidei q̄ in male fidei poſſeſſoribus & etiam predonibus. ff. de petenda heredi tate. l. Si aliquid. ff. § fructus & l. plan. in fine & capitulo de fructu & li. expen. l. i. in fine.

¶Quid de aſportantibus fructus de cãpo alterius animo lucrandi Rñdet idẽ Io. de pla. inſti. de obli. que ex delic. naſ § furtoꝝ ꝙ poteſt accuſari de furto ꝑ illum tex. & hoc quando fructus ſunt maturi Si autem ſunt immaturi tunc tenetᷓ de dampno dato actione legis acquilie. l. ſi ſeruus ſeruum § ſi oliuã. ff. ad. l. acquile. & . l. nauta § quecunq;. ff. nauta cau. l. ſi fur deſcripſerit. ff. de uſu fruc. nã dampnum diſtiguit a furto quia furtũ eſt amotio rei Sed dampnũ ẽ rei deſtructio ſm Bal. in dicto § ſi oliuam ¶Quid de iuaſore rei alterius ĩmobilis Rñdet Io. de pla. inſti. vi. bonoꝝ raptoꝝ § quia tenetᷓ. ꝙ tenetᷓ eam reſtituere cum fructibus. l. fi. c. unde ui. & hoc ſi doloſe occupauit ſi autem ſine dolo tenetᷓ eam reſtituere ſine fructibus. l. ĩuaſor. c. unde ui.

¶De reſtitutione alienatiõis in fraudẽ creditoꝝ

QVid ſi fiat alienatio in fraudem creditoꝝ puta ꝙ debitor donat ut creditores priuentᷓ ſibi debito Rñdet Io. de pla. inſti. de acti. § rurſus ꝙ talis donatio reuocatᷓ & per conſequẽs accipiẽs tenetᷓ ad reſtitutionem. l. ſi autem § ſimili modo & . l. ait pretor ſᷓo rnſo. ff. que ĩ fraudẽm creditoꝝ

¶De reſtitutione alienationis facte ꝑ metum

QVid de illo qui metu cõpulit aliquem ad alienandum Rñdet idẽ inſti. de actione § Item actio de eo qui metus cauſa ꝙ tenetur ad reſtitutionem rei cum omni commoditate ꝑcepta. l. metum § fi. c. ꝙ metus cauſa & . l. metus. ff. ex q̃bus cauſis maio. & requiritᷓ ꝙ fuerit metus qui poſſit cadere in conſtantem uiꝝ. ſ. timor mortis & cruciatus corporis uel ſimul ꝙ totum reſidet in iudicis arbitrio ut. l. ſᷓa in fi. cum § legibus ſequentibus. ff. ꝙ metus cauſa & eſt gloſa magiſtra. & ordinaria ut in. c. cũ dilectus extra ꝙ metus cauſa minime non eſt ſufficieus metus niſi tribus concurrentibus. ſ. ꝙ perſona ſit potens ad minas exequendũ Item ꝙ minas conſueuerat exequi Item ꝙ minime contineant atrocitatem facti de hoc ẽ glo. xiiii. q. quarta. c. i. ¶Sed quid de metu reuerentiali puta ſi uxor aliq̃ obligationem uel alienationem contrahat de mandato uiri uel clericus de mandato epiſcopi Idem rñdet ꝙ inſtitutᷓ ꝙ geſtum eſt tali metu reuerẽtiali offitio iudicis ut dicit glo. notabilis uel ut. l. i. § que honorãde. ff. quaꝝ rerum actio & idem ſi ſubditus non alias alienaturus alienet rogatu dñi rogantem ſuperioris preceptum eſt ut dicit gloſa in uerbo exortamur in cle. i. de teſti. & notat Inno. in. c. petitio de iure iurando

¶De reſtitutione facienda ei qui utiliter geſſit negotium meum

QVid ſi ſine mãdato meo ſoluiſti creditori meo & me liberaſti ſoluendo nomine meo Rñdet idem inſti. de actione § actionem ꝙ cogor habere ratum & obligor tibi actiõe negotioꝝ geſtorum ad reſtitutionem pecunie q̃ pro me ſoluiſti ſecus ſi non utiliter ſoluiſti ut quia mea intererat ut non ſolueret. l. cum pecunia. ff. de nego. geſto.

¶ Quid ſi tutor more ciuitatis mittat enſenia nomine pupilli magiſtro & ſuis coniunctis Rn̄det idem ubi ſupra ꝙ pupillus tenet tutori actione negotioꝝ geſtoꝝ .l. cum plures § cum tutor.ff.de adminiſtratione tu. nam talia enſenia ex quo ſunt conſueta dicunt quaſi debita ut dicit gloſa i dicto § ſed non nullos.ff.de tutelis & rationi diſtātia ¶ Quid ſi tui contemplatione ſine mandato tuo redimo ab hoſtibus uel latronibus filium ſuū uel aliam rem tuam neceſſariam quam redimere tenebaris Rn̄det idē ubi ſup ꝙ mihi teneris actione negotioꝝ geſtoꝝ ymmo i hoc caſu poſſunt uiri expendere dotem ꝓ redimendis pſonis neceſſariis uxoris.l.ſed ſi ideo.ff.ſolu.matri. nam ſi pater filium captiuum uel ecōuerſo uel alius ſucceſſurus redimere negligat priuatur ſucceſſione ut in auctentica ſi captiui.c.de epiſcopis & clericis

¶ De reſtitutione expenſaꝝ i iudicio factaꝝ

Quid de his qui temere & ꝑterue litigant dic ꝙ tenentur ad dampna & intereſſe tam litis q̄ uiatici.l.ꝓperādum § ſin autem alterutra &.l.ſancimus.c.de iudicis inſti.de pena temere litigantium § hec autem omnia & ꝑ Io.an.in.c.ſtatutum § inſuper de reſcrip.li.ſexto i uerbo imoderatas expenſas dominus Io.de pla.in dicto § hec autē omnia dicit ꝙ ex caſibus licitis tenetur ad expenſas litis ¶ Primo ratione temeritatis.l.eum quē temere.ff.de iudi.ut ſi fecit citari ticium in genere cum plures eſſent & comparuit ille quem nolebam dicta.l.eum quem temere ¶ Item ſi feci quem citari coram iudice in competenti non adhibita prima diligentia uidendi an eſſet competens & idem ſi loco & tempore icōpetenti uel ſi uocaui eum in ius qui uocari nō debuit.l.1.& per totum .ff.de i ius uocan. Item ſi actor petit compitionem rei non habet libellum paratum & petit dilationem ad ꝓcedendum ſ̄m ti.in.l.1.c.dilatio Item ſi quis poſt aperturam teſtium uidet ſe non habere ius & tamen proſecutus eſt litem ſ̄m Bar.in.l.ſi quis infiriat.ff.depoſiti &.l.ꝓperandum § ſin aūt alterutra .C.de iudiciis & ſic patet ꝙ temere uocare in ius dicit qui nullā iuſtā cauſam erroris habuit in ſic uocando ut dicta.l.eum quē temere i gloſa ſi aūt habuit iſtam cauſam erroris tunc abſoluitur ab expēſis.l.1 § pe de ſepera. &.l.qui ſolidum § in delega. ſ̄o in predictis ergo caſibus & in aliis ubi qſ temere litigauit ſiue ſit actor ſiue ſit reus niſi doceat de iuſta cauſa erroris uel ignorantie ꝓbabilis condempnatur aduerſario in expenſis itineris & litis ut dicta.l.eum quem temere & ceteris dampnis.l.ſancimus.C.de iudi.&.l.non ignorat. C.de furtis & litis expenſis Item in expenſis cibarioꝝ ſi aduerſarius conſueuit ſe paſcere ex arte ſua a qua oportuit modo uacare.l.ſi hereditas § i.ff.ad exhiben. ¶ Et multo magis tenetur quis ad omnia iſta ſi non temere ſed per calumpniā litigaſſet ut dicta.l.non ignorat ¶ Secundo tenetur ratione contumacie ad expenſas non ſolum litis & ceteroꝝ dampnoꝝ.l.ſancimus .C.de iudiciis & hoc habet locum ſiue contumax fuerit quia nunq̄ uenit & receſſit uel reſpondere noluit & hoc ſiue

fuerit actor ſiue reus nã poſt cõmiſſam contumaciam non auditur niſi re/
fectis expenſis de quo uide glo. in dicto. c. finem litibus de dolo & contu/
maciã & per Inno. c. ſepe contingit ne appellatio ¶ Tertio ratione retar
dati ꝓceſſus ut ſi actor ĩpetrauit reſcriptam poſt litem conteſtatam cauſa
ꝓtelandi iudicium coram longinquo iudice corã quo non probauit diſtul
lit uel contumaciter ſe abſentauit nam condempnatur in expenſis litis iti
neris & ceteris dãpnis ut dicta. l. non ignorat & idẽ ſi quis oppoſuit exce
ptiones friuolas ꝑpter quam diu fuit ꝓtractum iudicium & tãdem ſuccu/
buit ut dicto. c. finem litibus & idem ſi appellauit ad aliqua ĩterlocutoria
ꝑ q̃ appellationem negotium principale productum fuit extra terminos
